

L. ANNAEI SENECAE
DISCIPLINAE MORALIS
CVM ANTONINIANA
CONTENTIO ET COMPARATIO.

SCRIPSIT

ARMINIVS DOERGENS.

LIPSIAE

E X L I B R I S D Y K I A N I S.

VIRO AMPLISSIMO ET DOCTISSIMO

CHRIST. AVGVSTO BRANDISIO

DOCTORI ET PROFESSORI PHILOSOPHIAE ORDINARIO. A REGIS BORVSSORVM CONSILIIS INTIMIS. CVRIAE MAIORVM GENTIVM. EQVITI DECORATO ORDINIS INSIGNIBVS AQVILAE BORVSSORVM RVBRAE TERTIAE CLASSIS IVNCTO LEMNISCO. GRAECORVM ORDINIS SALVATORIS. MAXIMILIANI ORDINIS BAVARORVM EIVSQVE INSTITVTI EX RATIONE MERITORVM DE LITERIS ET ARTIBVS. ETC. ETC.

S.

Tandem tandem, vir illustrissime, et demum post diurturnius tempus, ut fieri assolet, eo veni ut hunc librum in publicum editum esse gaudere possim. Scis enim spatium prope annuum iam praeterlapsum esse ex quo librariis committi coeptus est. Condonaveris quaeso si quid tecum communicare ausus sum, quod esse haud ita magni per se momenti videtur. Etenim novi bene te velle studiis meis in primis quoad historiam philosophiae spectant. Quam ob rem non tam mihi videor aliquid iucunditatis, quam officii in eo esse quod nihil antiquius habeo quam hoc ut sint haec verba pro documento mei in te, virorum optime, pii gratique animi.

Quae hucusque quantumvis perpauca et perexigua in cognitionem meam venerunt, haec saltem eiusmodi fuerunt

ut non intellegere non possim magnum nactos esse commodum si qui et muniente et quasi subministrante philosophia ad alia studia accedent, quibus tanquam perpetuis per vitam ducibus sese usuros esse sibi persuaserant. Philosophiae ipsi et soli ut operam navare pergat, si vel sentiet quis se dispositum esse vel propter vitae conditionem consilium capere poterit, multo aliter videlicet de hoc fiet. Aliud enim scientia sane, aliud artes. Illa scientia ipsa est et fundamentum artium. His, ut procedant, impetranda quaedam principia sunt. Non est autem, recte Seneca, ars sui iuris cui precarium fundamentum est. Contra ipsa sui iuris, quatenus ab ea principia impetrantur. Omnis species scientiae vel quaevis ars infida atque infirma est, nisi eius legibus coercetur et regitur, quas in quaestionem vocant philosophi. Itaque minime verum est aliquid eis arbitrarii inesse aut sic temere sumtas formulas ipsas esse. Haec vulgi opinio. Immo ad certas eae normas ac regulas cogitandi abstractae sunt, penes quas non minus in illis coelis quam in his terris imperium esse omnes sibi persuadere debebunt. Igitur etiam aliqua doctrina claudicabit non recto mentis iudicio. Namque multae res memoriter collectae et coacervatae non efficiunt ut docti qui sint, nisi subierint ad quod referre possint et cuius ope si quae effugerint, rursus reducant et consocient. Nec proficient nisi quaedam in cogitando constantia et legum quas monui, consuetudo in qua omnis vis atque utilitas est, accesserit. Scientiae igitur pervestigatione si sint qui velint quid comprehendere idemque legibus concordibus discere, philosophos eis et philosophiam conveniendum erit. Illarum legum summa, ut ita dicam, una ex possessionibus philosophiae

est et quasi iugum durum quidem, verum necessarium. Etenim sub illud mitti se omnes passi sunt, qui bene de literis meriti esse perhibentur. Nec minus sub hoc se mitti patientur quicunque non fortunae ludibrio esse velint quidquid virium in literas impendent.

Quo prolabantur in ceteris studiis suis vel philosophi ipsi, et rebus quam contrariis et hi in cognoscendo impediantur, relicto quasi gubernaculo legum philosophicarum, ex veterum studiis satis apparet. Fuisse qui spreta constantia more apum undecunque optimum quodque elegere studerent, res est notissima. Permirum videtur quod ea quae elegerant, ordine rationeque, opinor, exponere sese atque explicare pro re iactabantur. Ea quae de sana mente speraverant, male cessura esse ipsi paene intellegere non poterant. Erant Stoici quoque scilicet posteriorum temporum qui illud facere solebant. Partem censuisse postponendum rationi usum esse scimus, partem rationem existimasse minus utilem et inferiorem usu, partem habuisse vanam rationem et supervacaneam nec quidquam vitae conditioni auxilii adminiculique afferentem.

Ex eis quidem qui sic sentiebant et cogitabant, cum alii erant, tum idem L. ille Annaeus Seneca, et M. Aurelius Antoninus quorum disciplinam moralem comparare institui. Quae supra dixi, horum virorum scriptis ea sine dubio passim confirmari invenient. Quae ad rationalem disciplinam spectant, haec apud utrumque prope deserunt eos qui, quid unus alterve his de rebus senserit, scire cupient, et quae tradiderunt libris, haec moralem haud multum excesserunt.

Habes, virorum optime, comparationem huius disciplinae pro sensu utriusque expositae. Tempora post illum

diem, quo tantum id in animo fuerat, quod iam peractum esse gaudeo, paullulo mutata sunt. Tunc dixissem primitias studiorum meorum hunc librum esse vel potius sic loqui coactus essem. Hac quidem nuncupatione quamquam uti non iam licuit, tamen sine magno meo timore a me illum paene dimiserim. Ipse enim etiam quoad curae secundae possunt cognosci, non ignoro, quantulum otii inter imprimendum in eo conferre potuerim. Nec male sensi humeros meos, ut ita dicam, nondum illud roboris nactos esse, ut tale quid sustineant, quale suscepi, nec non veritus sum ne nimio onere premerentur et ferre recusarent. Igitur cur te praefante aliquid timori meo demi eumque ipsum aliquanto levari, exoptavissem, ipse, virorum optime, facile intellexeris. Nec ob hoc succensueris ei qui gaudet se tuis scholis debere quod cum multa et alia, tum sapientiam Stoicorum accuratius cognoverit. Intervenientibus temporum difficultatibus solus quidem in publicum quasi prodire coactus sum verum non expeditus nec defensus a timore ne forte indignus sit hic libellus quem respiciant.

Quid restat nisi hoc ut si quae inter legendum deprehenderis incuria quadam neglecta, ea vel temporis iniuria vel distantiae locorum excusaveris, cum pace tua, vir illustrissime, optaverim. Vale.

Scr. **Bonnae** mens. Jun. anni CIↃIↃCCCLVII.

Rerum quarumvis comparatione delectari solere animos, ubi eo consilio instituta erit ut explicetur qua concinant inter se vel qua dissideant, qui non negabit, num illud magis fieri negare poterit duorum philosophorum doctrinam eo quo diximus, modo aut cum alterutrius doctrinae una aliqua parte eandem alterius comparandi periculo?

Illic primum quidem fortasse si est ut, qualis ratio inter eas res sit, eos qui comparaverunt, iuverit internoscere aut potuisse internoscere, hic praeterquam quod quaerimus, quae sit mutua ratio quae inter easdem utriusque doctrinae partes intercedit, quid sit quo concinant inter se quidve quo dissideant, praeterea non respicere, quaenam ratio sit utriusque disciplinae de qua cogitamus, non possumus. Namque quasi scintillae e quibus accenderetur ac commoveretur scientia cuius illa pars ipsa est, quae sint, aut pars ea ad quam illam erit ut sibi videatur quis pertinere, qualis sit, quamvis quae est philosophiae partium uni cum altera cognatio, et cum paene acciderit in una parte quod ad alias partes vel reliquas minus redundet, haud ita plane expers eorum quae maxime ad unam aliquam partem valent, putanda philosophia tota sit, in animo est spectare atque cognoscere. Igitur nemo erit qui neget habere plurimum gravitatis hanc partem historiae philosophiae quae non proponat solum philosophorum singulorum doctrinas expositas, verum etiam quae sit cum diversarum doctrinarum cognatio, tum singularum partium, expediat eademque quo id modo factum sit ut profecerint sensim ac gradatim in scientia homines, quasi sub uno conspectu quodam positum illustret ac dilucidet.

Verum enim vero L. Annaei Senecae disciplinam moralem eandemque M. Aurelii Antonini imperatoris ita tractare ut cum una alteram conferamus, ingressi suscepisse nos videmus quod nescimus an ad sufficienda ea quae apud illos desiderentur, aliquo modo valeat et ut quod sit ipsum natura sua haud ita facile, excusare quid hae pagulae vitii habeant, speramus veriti ne rem ita tractaverimus ut explanata omni ex parte atque exposita sit. Etenim desunt qui disciplinam utramque coniunctim explicaverint nec non et quos constat applicavisse animum suum ad doctrinam horum philosophorum et aut in unam partem aut in alteram disputasse

aut adire non possemus[1] aut parum accurate et exquisite nobis quidem videremur in moralem partem inquisivisse[2] quam qui possent suppeditare quod quis alias facile optat fore ut in promptu sit, unde quasi ex fonte saltem secundario hauriat.

Tametsi vero disciplinam suam nec Senecam constat neque Antoninum absolutam proposuisse sive satis aliquo modo exposuisse cuius rationem summam describendo restituamus, tamen non defuere quae cum circumspectius atque accuratius distribuimus, in unum redigere possimus. Instituere expositionem moralis disciplinae quamvis saltem in animo esset,[3] Seneca cum non pervenisse eo videatur ut publici iuris quae conscripserat, faceret, de scriptis eius quae supersunt, non est cur ita iudicium feramus ut opinemur de omnibus ea esse quaecunque in hanc philosophiae partem Seneca scripsit, sed ita indicabimus ut dicamus fuisse ut, ubi veluti literarum sermonis occasio tulerit ac disperse memoriae prodiderit quibus adderet et quae in voluminibus illis modo exstarent, iuxta legem certe dialecticam disposita melius ac distributa legerentur. Cuius libri cum alii tum epistolarum tantum non eis ad quos scripti exstant, verum pluribus videntur dati fuisse[4] eidemque huc cadere ut donec voluminibus illis quaestiones morales nondum esset ut absolveret, ad tempus quod etiam deesset, huic succurreretur per ea quae iam scripsisset.

Longe vero aliam Antoninus deliberationem habet. Antoninum non est cur ullus suspicetur, id in animo habuisse ut, quae scriberet, connecteret magis inter se atque disponeret. Et compluries quidem quamquam potest quaedam sententiarum cohaerentia inveniri atque bis terve saltem

1 Scripsit autem Wernerus 'de Senecae philosophia' (Berolin. 1824). — Antoninum cuius sententias pro ratione argumentorum disponendas et variis capitibus comprehendendas esse Petrus Jolius (Pierre de Joly) censuerat, contexte disserentem faciendi periculum factum hoc libro invenies: 'Antonin, réflexions morales distribuées par ordre de matières avec quelques remarques qui servent à l'éclaircissement du texte'. (Dresde 1786.)

2 N. Bach. (de M. Aurelio Antonino imperat. philosophante [Lipsiae 1826]) ex tribus illis quas nos statuimus partibus moralis disciplinae Antoninianae nihil comportavit nisi primam.

3 Ep. 106. 'scis enim me moralem philosophiam velle complecti et omnes ad eam pertinentes quaestiones explicare.' — ep. 108. 'Properas nec vis exspectare libros quos cum maxime ordino continentes totam moralem philosophiae partem'. — ep. 109. 'Persolvi quod exegeras, quamquam in ordine rerum erat, quas moralis philosophiae voluminibus complectimur. Cogita quod soleo frequenter tibi dicere, in istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Totiens enim illo revertor'

4 Haase (L. Annaei Senec. opp. recogn. Lips. 1852 s. 3 voll.) in praefatione: 'Scriptas', inquit, 'esse epistulas eo consilio ut in publicum ederentur, certissimum est cum ex toto earum argumento et artificio, tum ex locis plurimis qui ad alios praeter Lucilium lectores spectant, quorum locorum nullus insignior est illo qui legitur ep. 21, 3—6'.

est ut de filo quodam orationis cognoscamus,[5] tamen si cuncta ponderabis, libros facile iudicabis eorum copiae sententiarum quas ex meditationibus quae animo eius distentissimo, saepius tamen per otium in se redeunti ex tempore offeruntur, profectas esse nobis videamur, et quas nisi esset maximis istis negotiis publicis quae erat conditio eius ac dignitas imperatoria, prohibitus, disposuisset aliter ac rectius fortasse nec quasi per saturam scriptas misisset.[6] Quod cum veri saltem simile sit, vix in caussa est cur quae vir quidam doctus idemque diligentissimus quondam de natura dixit librorum qui exstant, suspicionem illaturus, probemus, aut dubitemus quin ab Antonino scripti ipsi hi libri sint.[7] Maxime quidem ac potissimum esse videtur ut complectantur sententiolas quales ex tempore mandaverat libris, non quales conscripserat eo consilio ut a posteris legerentur itaque cadit in illos quod in hanc alteram tractandarum philosophiae partium rationem Schleiermacherus tanquam disperse scriptam vel ἀφοριστικήν, ut Graeco verbo qui mos est, denotatam rem habeamus, dixit.[8]

Jam vero quae scripsit uterque philosophus accuratius inspiciamus.

5 cfr. Comm. III. 9. 10. 11. (*τοῖς δὲ εἰρημένοις παραστήμασιν ἓν ἔτι προσέστω κτλ.*)

6 cfr. Gataker. (Antonini opp. Gr. et Lat. praeloqu. p. CXIIII. ed. Schultz.) 'In more namque', inquit, 'habebat vir iste summus studiis philosophicis, sive domi sive militiae agebat, intentus quae inter meditandum succurrebant, chartis quas ad hos usus iugiter praesto habebat, illinere, nulla rerum ipsarum serie continua constanter observata: sed pro locorum temporumque quibus vel ab ipso concipiebantur vel aliunde in mentem memoriamque se ingesserant, ratione digesta: patet hoc ex locis alicubi quibus scripserat, nominatim designatis, cuius modi sunt libris vel primo et secundo annexa, vel secundo potius tertioque (ut ego reor) praefixa lemmata, de quibus suo loco disseruimus. Inde natum est, ut neque sibi invicem cohaereant pleraque (quamquam liber primus uno quasi filo perpetuo pertexitur) eademque saepius iterata reperiuntur complura — — — quod ad rei ipsius notae satis ac familiaris memoriam refricandam suffecerat, cum ad usum privatum maxime destinarentur: quin et ἀκέφαλα et quasi abrupte inchoata nonnulla'.

7 Casp. Barth. Advers. LI. 16: 'Omnes paginas docere floridae modo esse locos insigniores, sententias illustriores ex commentariis decerptas'. — Marci dissertationes et commentatiunculas istas ex ipsius adversariis desumptas esse liquere censet etiam idem Gatakerus qui his paucis opinionem fulciri male putat. '— quo modo', sic enim addit, 'regis sapientissimi paroemiarum partem non exiguam ab Ezechiae regis amanuensibus ex ipsius autographis fuisse descriptam docet capiti vicesimo quinto praefixum lemma'.

8 Schleiermacherus (Platon's werke I[a] einleitg. p. 8.) 'Es giebt', inquit, 'besonders zwei formen der philosophischen mittheilung — — —. Zuerst diejenige, welche man die systematische nennt — —. Die zweite nicht seltener gebrauchte und nicht minder beliebte form ist die fragmentarische, welche es nur mit einzelnen untersuchungen zu thun hat, und aus solchen abgerissenen stuecken, von denen man

Libet a Seneca exordiri. Cuius epistolis ad Lucilium scriptis quae magis ad compendium collata obviam fiunt, si quis cupiat paullo accuratius atque uberius exposita cognoscere, primum tres illos libros qui sunt de beneficiis, et duos illos qui de clementia; tum libros hosce qui eisdem studiis peculiares sunt, librum qui est de providentia,[9] librum qui est de tranquillitate animi, librum qui est de constantia sapientis,[10] librum qui est de brevitate vitae, librum qui est de vita beata cui adiunctum opusculum de otio perhibetur; denique illos libros qui consolandi caussa scripti sibi proponunt quo levent ad tempus animos eorum quibus scripsit Seneca, atque erigant. Sunt autem hae quae exstant, consolationes una ad Helviam matrem scripta, altera ad Marciam, tertia neque integra ad Polybium. Mentionem naturalium quaestionum quas septem libris comprehendit, minus, ludi, qui dicitur, de morte Claudii minime infra desiderabis. De reliquiis disputare supersedemus. Ceterum tempus si quis vellet observari, ordine scilicet paullulum alio, non eodem se exciperent libri.[11]

Antonini vero commentarii quales exstant, duodecim consistunt libris

schwerlich sicher sein kann, ob sie auch wirklich glieder sind oder nur willkuerlich und widernatuerlich abgesondert, dennoch die philosophie begreiflich machen will'.

9 Est autem inscriptus ab Haasio hic liber: 'quare aliqua incommoda bonis viris accidant, cum providentia sit'.

10 Editio Haas. hanc inscript. prae se fert (rel. Benef. II 35 med.): 'Nec iniuriam nec contumeliam accipere sapientem'.

11 Haase (edit. vol. II. praef. in.): 'quamquam', inquit, 'non videtur in Senecae libris accurate definiri posse, quo quisque tempore conscriptus sit, praesertim cum de vita quoque Senecae post Lipsium nemo (!) diligentius quaesiverit, nolui tamen e superioribus talem aliquem librorum ordinem retinere quem a temporum ordine abhorrere satis constaret; quare cum mihi de XII. dialogorum libris otium quaerendi fecisset codicis Mediolanensis auctoritas, primo volumine cum eis ea Senecae opera coniunxi, quorum quae sunt aetate postrema, ad Neronis initia pertinent; sequuntur iam altero hoc volumine comprehensi de beneficiis et naturalium quaestionum libri quos et post illa scriptos esse et ante epistolas demonstrari potest aut certis aut probabilibus argumentis'.

Editione quidem societatis Bipontinae potissimum (L. Annaei Senecae philosophi opp. IV. voll. 1782) usi in explicanda morali Senecae disciplina sumus, unde quantum nuperrime eorumdem operum editio studiis Haasianis recognita abhorreat, ex librorum singulorum distinctione facile intellegitur. Qui vir doctus cur dialogos nuncupaverit qui separatim libri fere perhibentur, in suae ipse editionis vol. I praefatione ita exposuit, ut dicat, id se fecisse nixum in auctoritate codicis Mediolanensis qui dialogorum nomine libros XII comprehendat, salva ceterorum de clementia et de beneficiis et naturalium quaestionum librorum nuncupatione. Etiam epistolarum aliam quandam per libros distributionem quam quae in editione Veneta anni millesimi quadringentesimi nonagesimi secundi (Opp. vol. I p. XIII ann. ed. Bip.) observata erat, secutus caussam qua fac-

qui quomodo inscribantur, diu multumque quondam agitatum a viris doctis esse constat. Guilelmi quidem Xylandri qui primus e codice bibliothecae Palatinae manu scripto [12] libros Antoninianos formis excudendos curaverat, [13] auctoritate freti qui in edendis eisdem libris posthac versati sunt, inscribere *Μάρκου Ἀντωνίνου αὐτοκράτορος τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιβ'* solebant nec poterant mente comprehendere quid caussae esset cur talis inscriptio ferretur. Qui si paullulo diligentius circumspexissent eidemque legissent cautius apud Antoninum, haud ita difficulter potuissent determinare inscriptionem fide multo digniorem sane eandemque per se ipsam meliorem quam quae per editiones quasi per manus tradi solita erat. Constat quidem cognoscendis Epicteti scriptis quae *ὑπομνήματα* inscripta erant, operam navasse Antoninum. [14] Quod etsi non satis visum est quo rationem aliquam concludamus, tamen librorum eius tertium si inspicimus, [15] ubi *ὑπομνημάτια* quae scripserat cognominari cognoscimus, res fit expeditior, nec dubitamus quin ad Epicteti *ὑπομνήματα* saltem vocabulo suos ipse libros accommodaverit. Quae res minime impedit, quominus Platonem auctorem [16] secuti ita hoc vocabulum interpretemur, ut primo sparsim eum scripsisse quae si tempus esset, paullo forsitan uberius exponeret, id quod iam supra facere cum pace dubitantium ausi sumus, negemus. [17]

tum sit ut ita distinxerit, attulit. Quod tamen cum minus sit rei caput idemque Haase numeros a societate Bipontina usurpatos servaverit, nil rettulisse arbitramur utram editionem ducem secuti simus. —

Facile denique fore ut intellegantur compendia quibus usi sumus, speramus. *

12 De quo codic evid. Schultezii prolegg. in Anton. pag. XXIII s.

13 *Ἀντωνίνου Μάρκου τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιβ'*. Tigur. ap. Andr. Gessner. F. 1558 iterumque Basil. 1568.

14 Comm. I, 7 '*παρὰ Ῥουστικοῦ — τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκε*'.

15 Comm. III. 14 *Μη'κέτι πλανῶ· οὔτε γὰρ τὰ ὑπομνημάτιά σου μέλλεις ἀναγινώσκειν, οὔτε τὰς τῶν ἀρχαίων Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων πράξεις καὶ τὰς ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκλογάς, ἃς εἰς γῆρας σεαυτῷ ἀπετίθεσο*'.

16 Plat. Theaet. p. 143 A ed. Steph. '*ἐγραψάμην μὲν τότ' εὐθὺς οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἔγραφον, καὶ — — — ἐπανηρώτων — — ὃ μὴ ἐμεμνήμην καὶ δεῦρο ἐλθὼν ἐπηνωρθούμην*'.

17 Usi autem in exponenda disciplina Antoniniana sumus ista editione Schulteziana (Lips. 1829) quae ultima licet ex eis quae circumferuntur — ediderant autem etiam cum alii viri docti tum J. Casaubonus (Londin. 1643) et Gatakerus (Cantabrig. 1652) et Adamant. Coraes (Paris. 1816) — edita sit, haud ita praestat. *

* Sunt autem haecce **dBen. dIr. dCl. dBVit. dCSap. dTranqv. dVB.** (i. q. de vita beata). **dOt. dProv. NN. QQ. CHelv. CMarc. CPolyb.**

* Notatam hanc editionem infra his **Comm.** literis invenies.

Denique rationem huius commentationis ut certis finibus circumscribamus, rem ipsam nos ita instituturos esse dicimus, ut non conferamus tantum cum Antoniniana Senecae disciplinam moralem, verum comparemus unde appareat quaenam sit utriusque philosophi aut consensio cum Stoicis, aut dissensio. Itaque quadripartita haec commentatio facta est atque primo loco de disciplina Senecae egimus, altero de doctrina Antoniniana, tertio ita comparavimus, ut quid sit quo cum uno alter concinat, idemque quid quo dissideant inter se, et in caussas ex quibus factum sit ut dissideant, inquiramus, ubi philosophos ipsos quorum vitae descriptione hic facile careas, ut interdum respiciamus, fieri poterit. Quarto denique id egimus ut longius progressi ratio quae intercedat inter utrumque et Stoicos, explorare, et quid sit quod pro virili portione uterque effecit ut in illam philosophiae tractationem quae ab eo quod elegebat ex varietate doctrinarum originem et nomen traxit, magis magisque Stoici prolaberentur, exponere studeamus.

Jam vero incipiamus a disciplina L. Annaei Senecae.

I.

L. Annaeus Seneca divisit[18] philosophiam in partes tres moralem naturalem rationalem quas duas si illi morali postpositas inveneris, noli mirari atque oblivisci huic philosophiae parti quantum tribuerit alias. Postponat quidem naturali id quod fecisse eum alicubi[19] constat, an praeponat moralem id quod si philosophantem eum velis, non declamantem respicere, veri similius est, et quod ex illo partium deinceps ordine sat intellegitur, minoris opinamur momenti esse ac minus valere ad moralem ipsam. Illum igitur ordinem secuti moralem disciplinam praecipuum habuisse[20] in tota philosophia nos quidem coniciamus. Ceterum neque

18 Ep. 89. 'philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem — — ergo cum tripartita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere'.

19 NN. QQ. I. prol. 'quantum inter philosophiam interest, — — et ceteras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem quae ad homines et hanc quae ad deos pertinet. Altior est haec et animosior: multum permisit sibi: non fuit oculis contenta, maius esse quiddam suspicata est ac pulchrius quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest quantum inter deum et hominem. — — — Virtus enim ista quam adfectamus, magnifica est — — — quia animum laxat ac praeparat ad cognitionem coelestium dignumque efficit, qui in consortium deorum veniat.' — Praeterea vid. ep. 117 'ista (suppl. naturalia) iam a formatione morum recesserunt, sed levant e. q. s.'

20 NN. QQ. III. praef. 'Non praeterit me — — — quam magnarum rerum fundamenta ponam senex qui mundum circuire constitui et caussas secretaque eius eruere atque aliis noscenda prodere. Quando tam multa consequar, tam sparsa colligam, tam occulta perspiciam? Premat ergo senectus et obiciat annos inter vana studia consumptos — — — quid praecipuum in rebus humanis est? — — — animo omnia vidisse et qua maior nulla victoria est, vitia domuisse. Innumerabiles sunt qui populos, qui urbes habuerunt in potestate, paucissimi qui se. Quid est praecipuum? erigere animum supra minas et promissa fortunae, nihil dignum illam habere putare quod speres — — — quid est praecipuum? posse laeto animo adversa tolerare. Quicquid acciderit, sic ferre quasi volueris tibi accidere. — — Quid est praecipuum? animus contra calamitates fortis et contumax, luxuriae non adversus tantum, sed infestus nec avidus periculi nec fugax, qui sciat fortunam non exspectare, sed facere, et adversus utramque intrepidus

a naturali disciplina [21] moralem, nec ab rationali [22] alienam quis negabit? Iam vero missis his duabus ad moralem convertamur.

Ante omnia hoc opus esse nobis videmur, disciplina Senecae quid petat, inquiramus quod ubi intellexerimus, moralis ipsa quid sit, apparebit. In eo autem niti eam censet, ut animum componat [23] atque ita hominem errantem ad bonum suum eiusque proprium [24] reducat; itaque ad vitam totam, neque eius in partes singulas tantum [25] pertinere. Quo fit etiam ut non malos solum homines respiciat, verum bonos etiam et tantum non imprudentes stultos imperfectos sapientiae alludentes vel assectatores eius, verum etiam sapientes.[26]

Quam ingrediamur tractare disciplinam, prius eam quomodo partitus sit, quaeratur. Cuius rei inquisitio non veremur ne cui minus necessaria videatur esse neque ingratum futurum erit apud eum invenisse cuius ope facilius disciplinam atque accuratius disponere possimus. Placuit ipsi dicere quo vellet modo fieri ut disponeretur. Quod condiscimus ex epistola illa octogesima nona ad hanc rem non inutili, ubi moralem partitus in partes tres est quas ita inter se cohaerere putat, ut ex his si una desit, reliquae laborent. Age hae quae sint, audiamus. *Primam enim inspectionem* censet ipse *esse suum cuique distribuentem et aestimantem quanto quidque dignum sit; secundam de actionibus, tertiam de impetu.* Cui rei hoc addit, ut dicat cur hunc in modum digestam disciplinam habeat, unde apparet haud ita multum momenti posse huic ordini tribui,

inconfususque prodire, nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. Quid est praecipuum? non admittere in animo mala consilia, puras ad coelum manus extollere, nullum bonum petere, quod ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere, optare, quod sine adversario optatur, bonam mentem: cetera magno aestimata mortalibus, etiamsi quis domum casus attulerit, sic intueri quasi exitura qua venerunt. Quid est praecipuum? altos supra fortuita spiritus tollere, hominis meminisse, ut, sive felix eris, scias hoc non futurum diu, sive infelix, scias te hoc non esse, si non putes. Quid est praecipuum? in primis labris animam habere'.

21 Quae enim sunt de impetu, scientiam desiderant naturalem.

22 Ep. 104. 'Quaedam enim, ut scis, moralibus rationalia immixta sunt'.

23 Ep. 89.

24 Ep. 124. 'Nullo modo prodesse tibi possum magis quam si tibi bonum tuum ostendo, si te a mutis animalibus separo, si cum deo pono'.

25 Ep. 71. 'Ideo peccamus quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tota nemo deliberat'.

26 Alterum enim genus hominum quos sapientes neget esse, ratione certarum quarundam notionum habita modo malos dicit (dVB. 17. extr.), modo imprudentes (dBen. IV 34. extr.), modo stultos (ep. 59), modo imperfectos (epp. 72. 92. p. med. CSap. 19. extr. dBen. II, 18. m.) modo sapientiae adludentes (ep. 72.), modo adsectatores sapientiae (dCSap. 19. extr.)

ut videatur in exponendo sequamur nos eum necesse esse, cum clarioribus ipse verbis explicaverit rem, quam quod tertiam partem quae est de impetu, quam supra intelleximus, dubitemus ita tractare ut illi secundae parti quae est de actionibus, antecedat. Verba enim haec sunt.[27] *Primum enim*, inquit, *est, ut quantum quidque sit, iudices. Secundum ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumque. Tertium, ut inter impetum tuum actionemque conveniat, ut in omnibus istis tibi ipse consentias.*[28] Quo loco sat, credimus probavit quo modo digeri disciplinam velit. Nec non et eodem loco hanc inter et illam partem ratio quae intercedat, ut perspiciamus, exposuit. Referre igitur quae infra tractari placebit, ad hanc ab eo subministratam partitionem non dubitamus. At vero finem summi boni quem habuerit, etiam investigandum erit. Liceat ab hac re ordiri ipsum caput quod volumus primum, quod esse Seneca supra censuerat, ut, quantum quidque sit, iudices.

Caput primum

Boni igitur summi finem quem secutus sit, quaerendo plus inesse momenti, quam quod speremus intermissa huius rei ratione fore hac facultate nos, ut feliciter rem atque apte digeramus, rati quin statuamus quod per se ipsum valeat nec referatur ad aliud etiam decretum ad quod omnia oportet referantur praecepta, et quod ipsum ex expositione disciplinae ubique cognoscitur, sive quod hanc totam respicies, sive quod partes eius singulas quasque, facere non possumus. Atque ipsum quidem curam gessisse ut proponendum finem aliquem commendaret et, illud si quis non fecisset neque ei iam vitae suae summa proposita esset, singula disponere negaret, vel periculum ne peccaret esse compluries condisci-

27 Addas NNQQ III praef. 'Primo discedemus a sordidis. — Deinde animum ipsum quo summo magnoque opus est, seducemus a corpore. — Deinde in occultis exercitata subtilitas non erit in aperta deterior: nihil autem est apertius his salutaribus quae contra nequitiam nostram furoremque discuntur, quae damnamus nec ponimus'.

28 Ep. 89 'quidquid ex tribus defuit, turbat et cetera. — Quid enim prodest intus aestimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse et habere cupiditates in sua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores nec scias quando quidque et ubi et quem ad modum agi debeat? — — — tunc ergo vita concors sibi est, ubi actio non destituit impetum, impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, proinde remissus acriorque prout illa digna est peti'.

mus.[29] Maximum enim iudicium malae mentis fluctuationem et inter simulationem virtutum amoremque vitiorum assiduam iactationem[30] nisi ex eo quod nullum aut minus fixum stabilitumque habent isti finem ad quem dirigant cursum vitae suae, ex nulla re proficisci intellexisse Senecam, licet quasi sit praemunitum ac praefultum, in naturam tamen finis ipsam inquisitum nondum est. Quocirca accingamur. Verbis scilicet quibus hanc in partem disputavit, cum abundemus, nihil erit periculi ne, finem quî fiat ut expediamus definiamusque, in incerto sit, nec difficulter si quis certior fieri studet quid sit quod appetendum commendaverit, intelleget. Quem finem quo nihil praestantius quod appetant homines, esse censet, paucis saepenumero quidem attigit,[31] verum ter quaterve ita dilucidavit ut proponi velit secundum rerum naturam vivere.[32] Hanc igitur rerum naturam parum certe si per se ipsam spectamus, definitam esse quam quae recte ab omnibus intellegatur et quae qualis sit, omnes omnino haud ita bene perspiceant sensit. Nec paucos esse[33] qui velint rerum corporalium intelligi naturam ac sufficere ad hoc ut vivamus secundum naturam, gestam a nobis curam conservandi corporis valetudinem et nocitura vitandi,[34] delapsos scilicet in istum errorem quadam incuria animi, non nescius eorumque opinioni esse bonam valetudinem et quietem et dolorum vacationem[35] non minus secundum naturam, non adversarius tantum abest ut credat intra hos fines esse illam naturam atque in eo finem verti quod, quia bonae sint, res istas appetimus,[36] ut respici velit animum[37] nec hu-

29 Ep. 95. 'Proponamus oportet finem summi boni ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat, veluti navigantibus ad aliquod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito vaga est'. — ep. 71 'quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum, voles scire: ad summum bonum et propositum totius vitae respice. Illi enim consentire debet, quidquid agimus. Non disponet singula nisi cui iam vitae suae summa proposita est. Nemo quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet nisi iam constet quid velit pingere'. — ep. 20. 'Unam semel ad quam vivas regulam prende et ad hanc omnem vitam tuam exaequa. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris et extendunt. Vitium est haec diversitas et signum vaccillantis animi ac nondum habentis tenorem suum. Etiam nunc dicam, unde sit ista inconstantia et dissimilitudo rerum consiliorumque: nemo proponit sibi quid velit nec si e. q. s.'

30 Ep. 120 (rel. Hor. I Satt. III 11.)

31 Ep. 5. 'Propositum nostrum est secundum naturam vivere'. — dVB. 8. 'Natura duce utendum est'. — dIr. I 5. dOt. 31 ext. all.

32 E. c. cfr. dBen. IIII 25 in.

33 Scilicet Epicuraeos qui voluptatem in summo pon. (ep. 124.)

34 dBen. V 9.

35 Ep. 92 in.

36 Ep. 4. 'Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuit? Non esurire, non sitire, non algere'.

37 Ep. 107.

mana tantum eaque divinis inferiora.[38] De humana igitur potissimum natura quam rationem intellegit eandemque mentem humanam, cogitare eum arbitrabimur. Constituto quod certum quendam finem sequimur, cum vivere studemus secundum naturam unam eandemque alteram[39] inter quas ratio quae intercedat, modo audivimus, ac secundum alteram[40] potissimum et eum illam sequentibus sibi persuasisset omnia facilia et expedita esse, intellegitur quî fiat ut iubeat teneri a nobis viam quam natura praescripserit, nec ab illa declinari.[41] Cui quidem rei tantum attribuit, ut idem esse velit beate vivere ac secundum naturam.[42] Ad illum igitur finem omne factum nostrum dictumque respiciat oportet. Quod qui faciat, hunc sapientiae discipulum praedicat seu artis vitae[43] quae consequenda sapienti est et quae in eo sita est quod recte omnia omnino ille agit.[44] Contra illam tamen viam nitentibus non alia vita est quam contra aquam remigantibus.[45] Alium etiam locum interiecissemus, nisi eadem verba ad dilucidandam rationem quae bona inter et mala intercedit, aptiora comparuissent eademque infra demum afferri praestaret. Haec praemuniendi caussa dixisse nos eo magis iuvabit, quo magis perspicua erit eorum quae subsequuntur, expositio.

Convertamur igitur eo ut eius decreta quae vocantur de bono et de malo quae sint et qualia, exponamus, hoc est, ad primam illam partem quam audivimus eo pertinere ut quantum quidque sit, indices. Bonum quidem, ut generatim atque universe loquamur, unum esse censet, et unum malum et reliqua omnia si per se ipsa spectabis nec bona esse, nec mala, id est indifferentia quae vocat. Plus tamen scire etiam quam quod bonum unum est et unum malum, cum satius visum sit, nec iam hoc quae-

38 dOt. 31. '— homines divini esse spiritus'. — c Helv. 6. 'Mobilis enim et inquieta homini mens data est — — — non est ex terreno et gravi concreta corpore. Ex illo coelesti spiritu descendit. Coelestium autem natura semper in motu est —'. — ep. 66. 'Ratio autem nihil aliud est quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa'.

39 dVB. 8.

40 dVB. 9. 'Summum bonum est infragilis animi rigor et providentia et subtilitas et sanitas et libertas et concordia et decor? — — — quid mihi voluptatem nominas? hominis bonum quaero, non ventris — —'.

41 Ep. 122.

42 Ep. 85 '— — ita ne beata quidem vita, quae sine summo bono est'. — dVB. 8. 'Idem est ergo beate vivere et secundum naturam'.

43 Ep. 95 '(Sapientia) artem vitae professa est'. — Ep. 117 'Sapientia est mens perfecta vel ad summum optimumque perducta. ars enim vitae est'.

44 Ep. 85 m.

45 Ep. 122.

ratur, quid caussae fuerit cur divisionem rerum humanarum fecerit talem, ad decreta ipsa pergamus et primum quidem ad illud quod his verbis complectimur, ut pronunciantem faciamus, esse bonum illud virtutem, esse sine virtute nullum bonum, esse eam ipsam in parte nostri meliore id est rationali [46] positam. Ex quibus dignum quod longius exponendo interpretemur, primum hoc iudicavimus, quod quaerimus quid virtus sit.

a.

Erit igitur haec disputatio de virtute. Hanc esse iudicium dicit Seneca verum et immotum. *Ab hoc*, inquit, *impetus venient mentis, ab hoc omnis species quae impetum movet, redigetur ad liquidum.* Notio autem virtutis unde ei venerit, ipse expectato accuratius ipse exposuit. [47] Quae de ratione supra dicta sunt, si haec sat bene perspecta fuerint, facilia intellectu quae sequuntur, erunt. Unicum virtutem bonum esse quin comprobet, hucusque deest. Verum quidem iudicium et immotum illa cum intellegatur cumque nisi immota ratio est, non sit hoc iudicium immotum, unicum virtus bonum erit propterea quod in ratione posita est vel potius ratio ipsa est eademque perfecta quae supra iam summum bonum intellegebatur. Igitur unum idemque illud summum bonum est et hoc bonum unicum nec parum merito bonum unicum virtus appellata. Itaque perfecta si ratio cuius erit, omnia eius erunt nec ad vitam beatam eius quidquam aliud ac si bonum sit, desiderabitur. [48] Cui quantum momenti tribuat, ex eo apparet quod arbitram eam solam boni malique [49] praedicavit negavitque hanc ducem si quis sequatur, unquam incertum fore circa bonum malumve. Quibus ita fixis sequitur ut bonum unicum [50] idemque cum certis terminis comprehensum nec augeri posse nec infringi [51] lega-

46 dVB. 22. 'esse aliud in se valentius'.

47 Ep. 120 'Hoc nos natura docere non potuit: semina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in notitiam incidisse quod est incredibile, virtutis alicui speciem casu occurrisse: nobis videtur observatio collegisse et rerum saepe factarum inter se collatio. per analogiam nostri intellectum et honestum et bonum iudicant e. q. s. — — — Ex quo ergo virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius et decor et constantia et omnium inter se actionum concordia et magnitudo super omnia efferens sese'.

48 Ep. 76. 'In homine optimum quid est? Hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est: — — — Haec recta et consummata, felicitatem hominis implevit'.

49 Ep. 66 m.

50 Ep. 76 'unum bonum est in homine quod unum hominis est'.

51 Ep. 66. '— — nec maior fit aut minor ipsa. D e c r e s c e r e enim s u m m u m b o n u m n o n p o t e s t nec virtuti ire retro licet: sed in alias atque alias qualitates convertitur, ad rerum quas actura est, habitum figurata. Quidquid attigit, in similitudinem sui

mus, summum bonum et ipsum honestum sit, quod idem esse [52] ac virtutem censet. Longae istae ambages quae etiam hic in comprobando occurrunt [53], quam paucissimis expressae eo redeunt, ut honesto honestius nihil [54] sit et honesto qui bonum omne circumscripserit, intra se felix hic et beatus. [55] Verum solo in eo quod creditur esse nihil bonum quod non simul honestum est nec quidquam honestum quod non simul positum in ratione est, haec ponitur vitae felicitas. Sane qui contra vel secus sentiat, opinione falsa hunc laborare. [56] — Quod ex illis superest tertium, esse sine virtute bonum nullum [57], ex eo quod praeter eam nullum est et, quodcunque bonum est, complecitur, ratiocinatur.

Iam vero una virtus pluresne sint, [58] quaestio est. Plures quidem nomine virtutes licet ab eo discas esse quae quales sint et quas inter et illam unam virtutem ratio quae intercedat, uberius hisce exponamus oportebit, tamen omnibus illa una subest. Pares vero an illae sint, infra etiam videbis. Alioquin alia accedant ad hanc numeri inquisitionem. Primum igitur definivit quid virtus sit, tum una sit, an plures separatae aut innexae; tertio loco quoad ex epistola quinta et nonagesima discamus, quaerit, an qui unam virtutem habeat et ceteras habeat; quartum denique est ut videat quo inter se differant. Missa igitur facta illa prima quaestione haec tria capita ita tractabimus ut eodem quo propositas reperimus a Seneca has quaestiones, ordine digestam hanc rem habeamus. — De certo igitur quodam numero virtutum constat. Est ipsarum genus duplex. Ab una parte complectitur Seneca [59] eas quae in proclivi sunt, ab altera quae clivum subeunt. Et proclivitatis imaginem sumpsit de corpore quod in proclivi

adducit et tingit: actiones, amicitias, interdum domos totas quas intravit disposuitque, condecorat: quidquid tractavit, id amabile, conspicuum, mirabile fecit. Itaque vis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non est. — — — Quid accedere perfecto potest? nihil aut perfectum non erat cui accessit: — crescere posse imperfectae rei signum est: bonum omne in easdem cadit leges'.

52 Ep. 76. '— ratio perfecta virtus vocatur eademque honestum est e. q. s.

53 Vid. epp. 74. 76.

54 Ep. 76. 'Nihil invenies rectius recto, non magis quam verius vero quam temperato temperatius. — — Nihil est divino divinius, coelesti coelestius'.

55 Ep. 74.

56 Ep. 76. 'Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse praeter honestum, nulla non virtus laborabit. Nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra se respexerit. Quod si est rationi repugnat, ex qua virtutes sunt, et veritati quae sine ratione non est. Quaecunque autem opinio veritati repugnat, falsa est.'

57 cfr. ep. 71.

58 dOt. 31 (ed. Haas. IV). — ep. 95 ex.

59 dVB 25 ex.

retineri debet, adversus ardua impelli. Et patientiam quidem et fortitudinem et perseverantiam et quaecunque alia duris opposita virtus est et fortunam subigit, in virtutibus illius generis habet, dum per devexum putat ire liberalitatem temperantiam mansuetudinem. *In his,* sic enim argumentatur, *continemus animum, ne prolabatur, in illis exhortamur incitamusque.* Verum aliam etiam dividendi virtutes rationem a Seneca ipso institutam eandemque magis solitam proponere iuvat. De quo enim maxime cogitat, et unde plerumque quae hanc in partem dictata apud eum inveniuntur, tanquam fonte hauriri ac derivari senties, hoc est, quod quaecunque fugiuntur aut petuntur, ita refert ut aut provideri ea, aut tolerari dicat, aut distribui, aut reprimi. Est autem si hanc novam divisionem accipere velis ex eisque quas supra laudavimus, virtutibus segregatas hasce quatuor potissimum virtutes quae intelleguntur, respicere iustitiam fortitudinem temperantiam prudentiam,[60] sola fortitudo huc pertinens et temperantia et liberalitas et patientia quas duas ultimas si illis duabus contuleris, iustitiae in sedem liberalitatem cessisse recte conicies et patientiam pro prudentia usurpatam fuisse. Praeter has quatuor virtutes quas tanquam priores similes putat cardinibus quibus immissae veluti fores actiones hominum singulae quaeque moventur ac diriguntur, etiam aliae ab eo nominantur, sed ita ut inferiores videantur esse illis virtutibus si quidem fontem unde profectae sunt, respicies.[61] Omnium vero quarumvis honestum origo est cuius tanquam effigiei imagines esse ipsae putentur. Artibus denique virtutes haud raro conferuntur.[62]

Jam vero singula persequamur. Priores iustitia partes agit[63] quam sacram rem appellat alienum bonum spectantem.[64] Niti dicit in distribuendo itaque esse habitum animi et quandam vim[65] quae ad alios pertineat[66] ac suum cuique tribuat[67] nullius ratione habita.[68]

Juxta iustitiam fortitudinem[69] proposuit quam tantum abest ut inconsultam velit esse temeritatem[70] et periculorum amorem et formidabilium appetitionem ut dicat esse scientiam distinguendi quid sit malum, et quid non sit. Contemptricem porro timendorum vocat, ubi circumit

60 Ep. 92 m. 115 in.

61 Ep. 115 in.

62 Ep. 85 'Artes ministrae sunt: praestare debent, quod promittunt: sapientia domina rectrixque est. Artes serviunt vitae, sapientia imperat'.

63 Ep. 95 '— — iustitiam si fieri potest, propius etiam quam ceteras, nobis applicemus'. — ep. 113 (iustitia pulcherrima virtus.)

64 Ep. 113.

65 Ep. 113.

66 Ep. 81.

67 dCl. I 20.

68 Ep. 30 m.

69 Ep. 95 p m.

70 Ep. 85.

virtutes singulas. *Terribilia*, inquit,[71] *et sub iugum libertatem nostram mittentia despicit provocat frangit.* Definitam tamen demum esse iudicabis et cirsumscripta in unum omnia, ubi virtutem fortitudinem appellat pericula iusta contemnentem, aut scientiam periculorum repellendorum excipiendorum provocandorum.[72] — Etiam aliam quandam definitionem quam proponit, eandemque rhetorum more haud alienam tanquam supervacaneam praeterimus.[73] —. Commune[74] denique omnibus bonum fortitudinem dicit.

Tertia vero temperantia est cuius vim ac potestatem in eo fundatam habet ut animum suum quisque[75] contineat et tradat sibi, id quod maximum esse putatur imperium[76] et in quo praefulget virtutis magnitudo. *Voluptatibus*, inquit,[77] *imperat, alias odit atque abigit alias, dispensat et ad sanum modum redigit nec unquam ad illas propter ipsas venit, scit optimum esse modum cupitorum non quantum velis, sed quantum debeas sumere.*

Quartum denique invenies ab eo appellatam potius quam longius definitam prudentiam.[78] Modum[79] haec bonis aut parsimoniam imponit. Laudat prudentiam sine qua nullum ineatur consilium, quae suadeat, quod effugere non possis quam fortissime ferre.[80]

Has igitur virtutes quemadmodum ex illa virtute una, ita reliquas proficisci ex illis censet. Et ad iustitiam quidem cuius hic primum rationem habeamus, tum pietatem quae a iustitia secunda[81] alibi eique iuxta iuncta ponitur, refert; tum humanitatem[82] quam ita definivit, ut dixerit vetare eam superbum esse adversus socios, vetare amarum; tum parsimoniam.[83] Ad eandem porro liberalitas pertinet et benignitas[84] et fides quam sanctissimum humani pectoris bonum iudicat.[85] — Explorandi denique quaerendique etiam ceterarum virtutum[86] originem ac

71 Ep. 88.

72 dBen II 34.

73 Ep. 113.

74 CPolyb. 36 in.

75 dBen V 7.

76 Ep. 113 extr.

77 Ep. 88.

78 Ep. 67 ex.

79 Ep. 74.

80 Ep. 67.

81 Ep. 92 'Veneranda enim sunt fides iustitia pietas fortitudo prudentia'.

82 Ep. 88 'Vetat superbum esse adversus socios, vetat amarum. Verbis rebus adfectibus comem se facilemque (cfr. opp. dIr. II 28) omnibus praestat. Nullum alienum malum putat, bonum autem suum ideo maxime quod alicui bono futurum est, amat'.

83 dBen. II 34.

84 dBen. I 1 m. — Verum eandem liberalitatem esse atque benignitatem negat dBen. IIII 3 ex. ubi liberales quidem deos nec vero benignos (vid. sacrilegus voc. dBen. I 1) esse ait. —

85 Ep. 88 'Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio. Ure, inquit, caede, occide, non prodam: sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam'.

86 Vid. quae de clementia disputa-

fontem cupidos nos cum fefellerit exspectatio verborum vel potius deseruerit, nisi nomina quorum enumerationis exilitatem vitare liceat, nihil superest.

Pergamus igitur ad hanc quaestionem quae est quo inter se differant. Disponentem tamen ea de quibus loquimur, Senecam ipsum qui non studiosus solum trahendi ex uno eodemque decreto communi originem virtutum earumque cum una alteram iunctam habendi fuerat, verum etiam traxit eam et iunctas inter se virtutes cognoverit, secuti quid obstat quo minus, si quidem exercendum etiam usum, non solum si instituendam rationem earum spectabimus, omnibus inter se et amicitiam [87] virtutibus esse credamus et paritatem [88] concordiamque ita ut unis alterae nisi dumtaxat quibusdam personis, non meliores sint? [89] Quod enim ut probet, *omnibus*, inquit ipse, [90] *istis una virtus subest quae animum rectum et indeclinabilem praestat.* Virtutem vero virtuti parem, sicuti rationem rationi esse ratus *virtus*, inquit, [91] *non aliud quam recta ratio est. Omnes virtutes rationes sunt: rationes sunt rectae: si rectae sunt, et pares sunt.* — Quin etiam longius procedendo hanc speciem prae se fert, ut cum inter se iunctae virtutes omnes sint, si quis unam possideat, possidere omnes [92] suspicemur. Quod facile saltem ex eis quae de sapiente dixit, collegitur. [93]

His omnibus quae in illas quatuor partes solvenda proposita erant, expositis restat ut videamus an fieri non possit ut sine virtute ullus homo beatus sit. Hoc decretum quod adeo excedit, ut cum usu vitaque communi pugnet et quod vult virtutem per se solam sufficere ad vitam beatam, [94] graviter ab adversariis et acerrime verbis impugnatum nec minus

vit. cfr. dCl I 3 'Nullam vero ex omnibus virtutibus magis homini convenire, cum sit nulla humanior, constet necesse est. — ibid. I 2 in. 'Sola haec virtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est: ita clementiam quamvis poena digni invocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet haec in persona quoque innocentium locum: quia interim fortuna pro culpa est; nec innocentiae tantum clementia succurrit, sed saepe virtuti c. q. s.'

87 Ep. 109 m.

88 dCl I 3. Ep. 66.

89 dCl I 5.

90 Ep. 66.

91 ibid.

92 Ep. 67 ex.

93 dVB. 22 ex.

94 dVB. 9 'Summum bonum in ipso iudicio est, et habitu optimae mentis: quae cum sinum implevit, et finibus se suis cinxit, consummatum est bonum nec quidquam amplius desiderat. Nihil enim extra totum est: non magis quam ultra finem.'

acriter a Seneca idemque subtilissime defensum[95] huc redit ut postulentur quae naturae humanae adversa fronte pugnari compareat nec posse, donec corpore nondum cesserint homines, utiquam intellegi. Est enim quisque mortalis, etiam ipse sapiens, ut qui homo sit aut quem velit hominem esse, inferior mortalitate eisque quae accidunt humana[96] et sentiuntur,[97] nec intellegitur cur quae est caritas nostri ad quam a natura compositi sumus,[98] et quae est cura nostri, morbum quidem et paupertatem tanquam mala abhorreamus, at miserum quem fieri per has res ut quae adversariae virtuti quae sola beatum reddit hominem ac felicem, non sint, negemus.

Quae de sapiente dixit virtutibus omnibus ornato quem unquam vixisse negaverit, nihil nimirum sunt nisi verba hoc est nihil probant nisi quod commendantur expetenda quae ne ipse quidem scit an possit quis assequi. Quid enim leges, nisi exemplis probata iam sunt quae iuberi eis aut vetari debent? Virtutem denique, qua virtus sit hoc est propter se ipsam, non qua beatum reddat, expetendam esse, aeque mire hoc nec sane dictum esse intelleges.[99]

Virtutum contraria[100] vitia sunt et, ut virtutes in ratione sitae, sic destituta ratione illa.[101] Sequitur ut sicuti bonum virtutem unum esse intelleximus, unum malum vitium sit, sed ita, ut nisi quod simul honestum, illud non sit, hoc non sit nisi quod simul turpe.

Divisio quidem vitiorum facta a Seneca ipso licet desideretur, hanc coniecturam accipies, quem ad modum in quatuor virtutes virtus dispertiatur, ita totidem vitia vitio subesse. Atque in uno vitio multum ille ac longe versatur nec pauca in hanc partem ab eo disputata quadrant. Est enim vitium i n g r a t i a n i m i idque vitium, quia turpe[102] et quasi

95 Ep. 85.

96 dTranqu. 13 'quam tutissimum est raro experiri, ceterum semper de illa cogitare, et sibi nihil de fide eius promittere'.

97 Ep. 71 (corporis sensus).

98 dBen. V 9.

99 dBen. IIII 16 'Fixum est illud a quo in cetera probationes nostrae exeunt, honestum o b n u l l a m a l i a m c a u s s a m quam quia honestum sit, coli'. — cfr. ibid. c. 22 'Non ideo per se non est expetendum, cui aliquid extra quoque emolumenti adhaeret. Fere enim pulcherrima quaeque multis et adventitiis comitata sunt dotibus: sed illas trahunt, ipsa praecedunt.' — dVB. 9 'Itaque e r r a s, cum i n t e r r o g a s q u i d s i t i l l u d p r o p t e r q u o d virtutem petam? quaeris enim aliquid supra summum.'

100 Ep. 106 ex. 'Quidquid facimus, aut malitiae aut virtutis gerimus imperio.'

101 Ep. 17 ex. 'Non est in rebus vitium, sed in i p s o a n i m o.'

102 dBen. III 1 in.

vitiorum omnium magistra.[103] Grave crimen appellat et intolerabile[104] et dissocians homines et concordiam qua imbecillitas nostra fulciatur, scindens ac dissipans.[105] Et usque eo vulgare habet, ut illud ne qui queratur, quidem effugere dicat. Id tamen quod faciat ingratos et unde exoriatur vel proficiscatur hic animus, nimium sui suspectum[106] intellegit et insitum mortalitati vitium se suaque mirandi, aut aviditatem, aut invidiam.[107]

Sicuti contrarius grato animo sive iusto ingratus animus sive iniustus, sic temperantiae obrietas contraria habetur. Vitium etiam ipsum, quia turpe est.[108] — Eandem in partem crudelitas quadrat quam videtur dubitare an in vitiis habeat,[109] nec ne.[110]

Quae sapientiae contraria et fortitudinis proposita ab eo sint, parum expositum dolemus.

Esse porro etiam vitiorum paritatem eius modi ut unum inter et aliud vitium nullum intercedat discrimen, sicuti virtutum supra paritatem, quid impedit quominus coniciamus? At vero num sibi constare eum arbitraberis, si ab ingratis ingrati internoscuntur?[111] Etenim eodem ac supra modo tum quod ad notiones proprie valeat, valere idem ad actiones male arbitratur tum quod ad notiones vitiorum, idem ad vitiose facta et acta. Nec minus fit ut valde assectatores sapientiae vitiis, ut quae perfacile quantulumcunque[112] inficiant animum[113] et colorent, et ex quibus quaedam cum sint virtutes imitantia, nisi impressis signis non possint secerni,[114] prohibeantur. — Adde etiam quod

103 dBen. I 10 ex. — — Omnia ista ab ingrato animo sunt sine quo vix ullum magnum facinus accrevit. Hoc tu cave tanquam maximum crimen, ne admittas.'

104 dBen. II 30 in. VII 27.

105 dBen. IIII 18 ex. VII 28.

106 dBen. II 26 in.

107 Alteram partem eiusdem ingrati animi impium habet (ep. 85).

108 Ep. 83 p. m.

109 Ep. 85 (nominatur autem eodem hoc loco etiam impotentia).

110 dCl. I 18. — Adde luxuriam quam invictum malum (cfr. NN. QQ. III 30 ex.) cur vocaverit, si tempora ista quibus Seneca vixit, respexeris, intelliges.

111 dBen. III 1 in. IIII 26.

112 Ep. 81 m. 'Minimum ex nequitia levissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est, et (ut illa dicam) spissimum, domi remanet, et premit habentem'.

113 dBen. I 10 ex. dTranqu. 7 in. dIr. II 9. NN. QQ. III 30 ex.

114 dCl. I 3 in. 'Cum sint vitia quaedam virtutes imitantia, non possunt secerni, nisi signa quibus dignoscantur, impresseris'. — ep. 120 'Mala interdum speciem honesti obtulerunt, et optimum ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. — — — Haec nos similitudo coegit attendere, et distinguere

cum inveterata sint ac dura, morbos mentis humanae vitia vocat.[115]

Virtus denique sola uti beatum reddit, sic vitium solum miserum, quia nocet et naturae obstat humane. Propter se ipsa vero virtus, non quia prodest, uti expetitur, sic propter se ipsum id est quia turpe est,[116] non quia nocet,[117] detestandum vitium et fugiendum.

Sed ut quae hucusque exposita sunt, breviter ac concinne repetamus, esse duo tantum modo nec plura, quae opposita sibi sunt, bona et mala et quidem honesta et turpia dicimus. Accedere autem debebit honesti notio eiusdemque turpis, cum alia etiam bona esse apud eum ac virtutes et alia mala ac vitia noscantur.

Condidicimus igitur sequi naturam eidemque convenire virtutes, vitia contra eam esse eidemque disconvenire. Haec vero quia intra nos sunt et in animo sita, eis quae extra nos sunt[118] et quae nec honesta per se ipsa neque eadem turpia sunt, opponuntur. Verumtamen interest quiddam eius modi, ut differre a bonis mala voluerit, nec vero ab honestis turpia, quoniam unum honestum sit virtus nec plura, et unum turpe vitium. Tria docet esse genera bonorum, esse animi bona, esse corporis, esse fortunae.[119] Illa quidem animi bona quae intelleguntur, quoad fieri possit ut ipsa virtute contacta bona esse[120] nec virtutem ipsam intellegi discamus, referuntur in hanc partem, sed a virtute ipsa internoscit, ut neget sufficere ad beate vivendum illa. Haec igitur bona sunt quorum ab uno alterum secernat, et primum quidem distinguit quae appetamus[121] propter se ipsa, tum quae si opus eis fuerit. Ad haec tamen animum, quia proficisci ex virtute supra intellegebantur, minus advertamus quam huc, ut quem ad modum illud genus bonorum quae vocantur, et ad quae stultum ac malum a quo animi bona submoveantur, non minus admitti fatetur,[122] illud igitur genus alterum idemque tertium quale sit, cogitaverit, perspiciamus.

specie quidem vicina, re autem plurimum inter se dissidentia'.

115 Ep. 85.

116 Ep. 81 m.

117 dIr. II 13. dBen. I 10 ex. Ep. 87 in.

118 Ep. 92.

119 dBen. V 13 in.

120 Ep. 82 m. 'aut malitia, aut virtus dat boni vel mali nomen'.

121 Ep. 66 in. 'Quaedam (ut nostris videtur) prima bona sunt — quaedam secunda in materia infelici expressa — Illa bona directo optamus nobis, haec si necesse erit'.

122 dBen. V 13. 'Illa animi bona

Haec duo genera corporis bona aeque ac bona fortunae quorum supra mentionem iam fecimus, complectitur. Quae quantum ad beate vivendum esse negat bona, sed ubi de bonis corporis cogitat, corporum bona corporibus quidem bona esse nec in totum ea.[123] Valet idem ad bona etiam fortunae. Et haec, quantum ad genus cuius ipsa propria sunt, quominus bona intellegantur, non impedit, verum in totum attribui vetat hanc vim ac potestatem eis. Neve igitur unquam bona intellegantur, nisi ipsa contacta virtute fiant,[124] cavendum commendaturus, *diximus*, inquit, *futuram hominum feliciorem vitam quam deorum, si ea bona sunt, quorum nullus dis usus est, tanquam pecunia honores: adice nunc, quod si modo solutae animae manent, felicior illis status restat quam est dum versantur in corpore. Atqui si ista bona sunt quibus per corpora utimur, emissis erit peius quod contra fidem est, feliciores esse liberis, et in universum datis clusas et obsessas.*[125]

Jam vero in singula ista hanc in partem bona quae vocantur, et in mala inquirere et Seneca a singulis singillatim qui factum sit ut dignitatem quam fere tribuunt, abiudicaverit, inspicere ingressi cognoscamus ante omnia oportet, ratio illa quae inter bona intercedit qualis sit. Paria quidem non minus vitia condidicimus quam virtutes esse. Quid? Eandem in sententiam a Seneca disputatum num arbitrabimur fuisse etiam ubi de corporis bonis eisdemque fortunae agitur? A p r e t i o scilicet argute discernit d i g n i t a t e m. Est dignitas quae quidem per se ipsa virtuti debetur, bonorum animi, deest bonis corporum.[126] Age vero quem ad modum definiverit, examinemus. Constituto eo quod sita extra nos neque intra sunt neque inde esse possunt, nisi temporibus inferiora, cum plurimum intervalli recipiant, m e d i a nominat,[127] quam sumptam ab intervallo imaginem ita sibi finxerat ut medium locum qui inter bonum aliquod est et malum aliquod, hoc ipsum tenere idemque inter aliud bonum aliudque malum intellegeret. Contra ea ubicunque fit ut de virtute potissimum, ut quae hoc intervallum tollat indeque illa quae sui contraria putantur esse, bona corporis et mala eadem esse nec diversa efficiat, cogitet, nominare solet i n d i f f e r e n t i a.[128] In hoc vocabulum ubiubi incideris, bona intelliges aut mala quae nihil intervalli quantum ad ipsam virtutem, recipiant, vel ea quae nihil inter se differant ad illam. — Illuc tamen unde deflexit oratio, reversi salva eorum quae de dignitatis notione

a stulto ac malo submoventur, ad haec admittitur quae et accipere potest, et debet reddere'.

123 Ep. 72.

124 Ep. 76.

125 Ep 76.

126 Ep. 72. 'pretium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit'.

127 Ep. 66, 14.

128 dVB. 22.

dicta erant, memoria expendamus qui factum sit ut dum modo media esse bona aut mala, modo indifferentia intellegit, dignitatem eis inesse negaverit. Huc adde quod media plerumque ab eo nominantur, qua per se ipsa ea respicit nec ullam habet aut virtutis rationem aut vitii, atque indifferentia illa, qua habet rationem aut vitii aut virtutis. Quod cum veri saltem simile sit, cur negat dignitatem indifferentibus inesse ac tribuat pretium, comprehendere possumus. Hoc igitur pretio differre ab aliis alia facere non possumus quin concedamus ex eisque alia minora esse, alia maiora. Quae cum ita sint, apparet honestum inter et turpe nihil quidem interesse nec inter bona quantum ad virtutem, quidquam dignitatis, neque inter mala quantum ad vitia, interesse, verum multum inter se quoad respiciuntur per se ipsa, differre ea hoc est, ut ipsius verbis loquamur, magnis inter se intervallis distare.[129] Quae quidem de bonis eademque de malis capitulatim dicta sunt, ubi singula quaeque ut inspiciantur, res postulet, haec oportebit accuratius exponamus. Opponuntur igitur contraria vitae mors famae infamia divitiarum paupertas voluptati dolor, circa quas res quae vertuntur opiniones tollere Seneca studet ac comprobare media omnia quidem esse, verum proprie indifferentia, si ad vitam spectamus beatam. Quod nonnunquam fit ut commodi quod intellegit, notionem usurpet et commoda[130] dicat quae plus usus habent quam molestiae, et incommoda[131] quae plus molestiae habent quam usus,[132] hoc non aliter libet interpretari quam ita ut pretii varietatem subesse dicamus.

Videamus quid sit quod habet in se pretii aliquid et quid sit aliis potius, quibus rebus oporteat aliquantum honoris tribuatur, quibus multum. Suam quidem ipse hac de re sententiam cum passim perspicue exposuerit, vitam dubium non erit quin inter potiora esse et famam et divitias[133] et voluptatem voluerit. Inditum tamen ab eo nomen eis quae contrarie opposita potioribus putamus, indifferentibus bonis tametsi non est, res ipsa nullo labore liquet ex eis quae supra monuimus. Etiam inprimis erit hoc quaerendum, potiora numne sufficiant ad vitam beatam. Ratio igitur inter corporis bona et bona fortunae quae intercedit et utriusque natura qualis sit, infra disputantem Senecam faciamus. Sunt autem illa bona vita voluptas alia, haec divitiae honores fama alia.

Et primum quidem vita ad beate vivendum per se ipsa nisi ad

129 cfr. dBen. III 1. 'Multa sunt genera ingratorum, ut furum — quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna'.

130 dBen. V 13 in.

131 cfr. CPolyb.

132 Ep. 87 p. m. ep. 92, 16.

133 dVB 22.

aliam nostram originem vel alium rerum statum referetur,[134] non sufficit.[135] Ergo bonum per se ipsa non est. A beata scilicet vita incommoda abhorrent. Et haec hac in vita quot et quam multa sunt?[136] Vivere militare est[137] nec aliud quam procellosum et in omnes tempestates expositum mare.[138] Nec raro etiam incommoda ipsa fit caligantibus omnibus ad pervidendum quid sit quod beatam vitam efficiat[139] et qui alligati tenentur amore eius.[140]

V o l u p t a t e s forsitan idoneae sint quae hominem beatum faciant. Quod tantum abest ut per voluptatem fieri credat, ut indulgere ei dicat esse initium malorum.[141] Humilem rem eam et pusillam et in nullo habendam pretio, communem cum mutis animalibus ad quam minima advolant et contemptissima, non habet solum[142] vel existimat, verum etiam probat.[143]

At certe quidem h o n o r e s sufficient. Et hos quidem tanquam quorum ope fiant homines beati, constat eum respuisse. Plerosque enim homines illius aetatis quamvis abundarent honoribus, a beata tamen vita procul esse[144] haud ignorabat.[145]

Neque a u r u m quidem et a r g e n t u m in bonis licet numerari.[146] Nec haec quidem indeque in universum ne divitiae quidem, bona quantum

134 Ep. 102.
135 dVB 1.
136 Ep. 91.
137 Ep. 96.
138 Ep. 72.
139 dVB. 1.
140 Ep. 26.
141 Ep. 110 m.
142 Ep. 123 ex.
143 dVB. 7 'Voluptas etiam ad vitam turpissimam venit: at virtus malam vitam non admittit. Et infelices quidam non sine voluptate, immo ob ipsam voluptatem sunt: quod non eveniret, si virtuti se voluptas immiscuisset,' qua virtus saepe caret, nunquam indiget. Quid dissimilia, immo diversa componitis? Altum quiddam est virtus, excelsum regale invictum infatigabile: voluptas humile servile imbecillum caducum cuius statio ac domicilium fornices et popinae sunt. Virtutem in templo invenies, in foro in curia pro muris stantem pulverulentam coloratam callosas habentem manus: voluptatem latitantem saepius ac tenebras captantem: circa balnea ac sudatoria, ac loca aedilem metuentia mollem enervem mero atque unguento madentem pallidam aut fucatam et medicamentis pollutam. Summum bonum immortale est, nescit exire: nec satietatem habet nec poenitentiam. Nunquam enim recta mens vertitur nec sibi odio est nec quidquam mutavit optima. At voluptas tunc cum maxime delectat, exstinguitur. Nec multum loci habet. Itaque cito implet: et taedio est et post primum impetum marcet'.

144 Ep. 115 ex.

145 Ep. 118 'Sunt quaedam neque bona neque mala tanquam militia legatio iurisdictio. Haec cum honeste administrata sunt, bona esse incipiunt, et ex dubio in bonum transeunt'.

146 Ep. 31 'Te quoque dignum finge deo. Finges autem non auro non argento: non potest ex hac materia imago deo exprimi similis'.

ad virtutem sunt, nec vere beatum[147] reddere possunt hominem, verum infelicem.

Denique fama quid? Nihil est nisi vanum aliquod et inane.[148] Et gloria quid?[149] Vanum etiam hoc dixit et volubile quiddam esse auraque mobilius.

Multum igitur nonne errant qui dignitatem his rebus inesse contendunt?

Ab una igitur parte uti tria bonorum genera, sic ab altera tria malorum non potuit non proponere, et mala quidem primum animi tum corporis denique fortunae, id quod nos quidem ex contrariis collegamus. Animi igitur mala quae esse ipse existimaverit, si quis velit scire et de quovis malo quemadmodum iudicet, cognoscere, in promptu, ut opinamur, erunt verba non pauca. Haec nihil aliud videntur sibi velle quam ut, ipso vitio quae contacta sunt, mala putentur. Verum quidem nec corporis mala quae vocantur, nec fortunae mala si per se ipsa spectamus, mala sunt. Quo factum etiam esse ut incommoda potius quam mala esse velit, iam supra diximus. Igitur[150] nec mors aut dolor, nec paupertas aut egestas aut ignominia aut exilium aut ubicunque horrenda mala per se ipsa sunt, qui nec mors nec dolor nec paupertas nec quae alia huius modi, nisi virtute destituti vel potius vitio infecti coloratique infelices sunt, reddunt. Igitur incommoda, non mala sunt. Etiam adversa nonnunquam appellantur eademque idonea quibus homines examinentur atque exerceantur, eorum virtus ne marceat.[151]

Iam vero restat ut, cum in eo simus ut eius decreta de his indifferentibus singula aliqua ex parte persequamur, in mortem etiam capitulatim et in paupertatem inque quaedam alia edisseremus.

Esse mortem indifferentem[152] nec malum, mali licet habeat speciem, nec poenam sed naturae legem atque adeo a natura ipsa inventam,[153] pro certo ipse habet.

Paupertatem nisi repugnanti, nulli malum esse dicit.[154]

147 Ep. 115 ex.

148 Ep. 58.

149 Ep. 128 ex.

150 Ep. 82 'istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, divitiis viribus formae honoribus regno: et contra morti exsilio malae valetudini doloribus quaeque alia aut minus aut magis pertimuimus, aut malitia aut virtus dat boni vel mali nomen'.

151 dProv. 2.

152 Ep. 82.

153 CHelv. 13. cfr. CPolyb. 29 ex. Ep. 70 m.

154 Ep. 123 extr. — cfr. epp. 17, 6. 58, 1 (egestas).

De dolore denique ita agit ut respiciat amissum aut hominem homini carissimum aut rem aliquam, nec vero ita ut, quo Seneca dolorem definiverit modo eiusdemque naturam qualem habuerit [155] an indifferentem dolorem aut incommodum existimaverit necne, didicerimus. Hac enim ex parte disciplina eius claudicat.

Loqui etiam de aliis rebus [156] supersedemus.

Alterum caput.

Ingrediamur tractare alterum caput quod esse de impetu meminimus. Esse autem hoc secundum ut impetum ad alia capias ordinatum temperatumque, voluit. Itaque quasi inscripseris ut dicas esse de eis quibus apte ordines impetum ac temperes. Nec tamen prius commode institues regulas quam, impetus qualis sit eiusdemque genera cognoveris ac quae sit contentio eorum aut remissio, quae sit cum ratione consensio aut dissensio paullo altius inspexeris. Summi boni finis cum in eo nitatur quod convenienter naturae vivimus nec vivat convenienter naturae nisi quis etiam tranquillum conservet animum ut qui saepe motibus turbetur, [157] et concordem et aequum, [158] qui fiat ut in discrimen nonnunquam veniatur ac plus minusve rerum naturae dissentiatur vel pugnetur, quis est qui non intellegat? Hominis tamen cuiusvis natura cum nihil aliud quam pars divini spiritus in corpus mersa sit, quod ad naturam rerum, nonne ad humanam valet? Est autem illud discrimen praesertim in opinionibus quae circa indifferentia versantur, situm. Sedem quidem indicabis esse alterutram harum partium quas irrationalis animi pars quae admixta rationali hominis parti habetur, complectitur. Quamquam Senecam ipsum audiamus. *Irrationalis*, inquit, *pars animi duas habet partes, alteram animosam ambitiosam impotentem positam in affectionibus, alteram humilem languidam voluptatibus deditam: illam effrenatam meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem viro, reliquerunt, hanc necessariam beatae vitae putaverunt, enervem et abiectam.* [159] — Age de priore agamus. Sed im-

155 Ep. 92, 22.

156 cfr. CHelv. 13 in. ('ignominia') 6. 10. 13. (exsilium.)

157 CHelv. 6 m. 'Mobilis enim et inquieta mens homini data est: nunquam se tenet: spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, vaga et quietis impatiens et novitate rerum laetissima.' — ep. 39 in. 'Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior quo vehementior fuit'.

158 dBen. VII 26. Epp. 73 ex. 74. 76.

159 Ep. 92 m.

petus aut quae sint eis vicina similiaque cum non edissertaverit, disputationem institutam quam potuimus accuratissime atque ita digestam hanc rem habebimus ut, impetus quales sint, studeamus, et quae eorum similia sint, inquirere. Esse autem sita in opinionibus quae circa naturam indifferentium vertuntur, qui fiat ut veluti ad hanc rem quam ad illam magis propendere velimus, iam supra cognovimus.

Verum enim vero ante omnia vocum diversarum veluti impetuum cupiditatum affectuum morborum notiones quales sint, quaestio erit . . Et primum quidem impetus quid sit, inspiciamus. Erit autem hoc haud ita difficile intellectu. Est enim proclivis[160] iste primo animus qui ubi quid eum impulerit[161], inclinat atque propendet aut in unam partem, si quidem circa commodum aliquod ac si bonum sit, opinio aliqua versabatur, aut in alteram partem, si circa incommodum tanquam malum opinio erat.

Quibus igitur ex impetibus assentiente ad optima quaeque mente[162] aut appetitiones proficiscuntur aut fugae.[163] Hae quidem et appetitiones et fugae nihil aliud quam primae quaedam mentis agitationes[164] seu motus animi quorum natura nimirum multiplicior est quam quae appetitionem ipsam aut fugam non excedant nec supergrediantur. Praeter motus tamen primos quosdam duo etiam alii cum internoscantur[165] a Seneca ab eisque sit ad affectus transitus, noli mirari, si quae ad motus pertinent, ita describuntur ut tanquam initia affectuum hi motus videantur intelligi. Jam vero definientem ipsum audiamus. — Esse enim censet primum motum non voluntarium quem cum nemo possit effugere, ad alterum animi ictum fieri ut delabatur.

Alter vero est cum voluntate non contumaci quam nisi quis iudicio studet extenuare motumque ipsum tollere, motus hic adeo crescit ut tertius iste quem vocat, motus existat.

Cuius tertii vim ac potestatem hanc esse vult, ut rationem utique evincat tanquam impotens. — Quos motus si quis ad affectus velit referre ita ut ex his qui fiat ut affectus proficiscantur vel oriantur, probare studeat, non dubium erit quin primum istum motum quasi praeparationem affectus esse intellegat et quandam comminationem cui si alter iste cum voluntate non contumaci accesserit, facilis ad tertium istum prolapsus alter ipse erit. Propter hanc igitur affectuum cum vitiis cognationem mala facile iudicabis esse, verum salva propria vocabuli mali notione.

His expositis ad affectus a motibus quî fiat ut transeatur, apparet.

160 Ep. 94, 13 (proclivis).

161 Ep. 108 (impellere).

162 dIr. III 2.

163 dIr. II 5 ('fuga'). — ep. 124 ('appetitio et fugae arbitrium').

164 dIr. II 3 ('agitationes mentis').

165 dIr. II 4.

Conditio hominis quae sit remeantibus affectibus quam definiamus, ratio inter affectus et morbos quae intercedat, ante cognoscamus oportebit. Nec magis ullam rem aptam censemus quam verba Senecae ipsius. *Affectus*, sic enim ait,[166] *sunt motus animi* — nimirum id quod nos interponimus, tertii isti eidemque — *improbabiles subiti et concitati qui frequentes neglectique fecere morbum, sicut distillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua et vetus phthisin.* Audiamus tamen etiam quae sequuntur ibidem, cum morbos ipsos eorumdemque naturam cognovisse non minus conveniat. Ita vero morbos definivit ut dicat esse inveterata eos vitia et dura. *Altius,* sic autem pergit, *haec animum implicuerunt et perpetua eius mala esse coeperunt. Ut breviter finiam, morbus est iudicium in pravo pertinax, tanquam valide expetenda sint quae leviter expetenda sunt, vel si mavis, ita finiamus, nimis imminere leviter petendis vel ex toto non petendis aut in magno pretio habere in aliquo habenda vel in nullo.*[167]

Ad morbos igitur ab affectibus transiri constat et sicuti hi immoderati sunt, esse et illos immoderatos. Restat etiam caput rei. Ex omnibus enim quae singillatim exposuimus, affectus quid sit cum parum nec satis intellexerimus, priusquam ad alia pergamus, accuratius inquiratur etiam oportere censemus nec negamus huc proprie nonnulla eorum quae iam supra allata erant, pertinere. Jam vero affectus per se ipsi, non ex ratione cuiusdam alius rei respiciantur. *Nihil ex his,* sic ait Seneca, *quae animum fortuito impellunt, affectus vocari debet: ista, ut ita dicam, p a t i t u r magis animus quam facit. Ergo affectus est non ad oblatas rerum species moveri, sed p e r m i t t e r e s e illis et hunc fortuitum motum prosequi.*[168] Ergo s p e c i e s r e c i p i u n t u r rei alicuius fortuitae per pravam opinionem oblatae[169] quae ubi admissae fuerint, movetur animus et prosequitur mentem assentientem augens sensim motum istum qui primo imbecillis est. Quod ubi acciderit, non modo non obtines ut desinat, sed ipse se concitat et vires dum procedit, parat.[170] Per o p i n i o n e s igitur quae variant sane pro ingenio hominum, dum fit ab una parte ut affectus admittatur et per speciem rei,[171] ut afficiat res, altera quaedam eius caussa

166 Ep. 75 ex.

167 Ep. 75 ex.

168 dIr. II 3.

169 dIr. II 22 'caussa iracundiae o p i n i o iniuriae est'. — ibid. I 24 '— s u s p i c i o et c o n i e c t u r a fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit, ille osculo meo non adhaesit, ille inchoatum sermonem cito abrupit, ille ad coenam non vocavit, illius vultus aversior visus est. Non deerit suspicioni argumentatio'. — ibid. III 29 '— — f r i v o l i s turbamur et i n a n i b u s'. CMarc. 6 'o p i n i o n e s augent dolorem'.

170 Ep. 116.

171 Ep. 36 'Nec infantes nec pueros nec mente lapsos timere mortem: et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praestat ad quam stultitia perducit'. — CMarc. 19 in. 'o p i -

quam in quadam debilitate atque impotentia animi a diverso temperati [172] ponas, non minus erit neglegenda.

Quaerere etiam de singulis iuvat affectibus qui proprie intelleguntur. Ab inferioribus quidem, ut opinamur, affectibus distinxit superiores ex quibus illos ipsos proficisci vel quibus illos ipsos subesse coniciamus. Ex locorum quibus in caussas illas ex quibus affectus oriantur, inquiratur, farragine haec collectio est ut cupiditas et timor [173] et laetitia et moeror [174] superiores qui vocantur affectus intellegantur. Eadem illa quae dicentem Senecam fecimus, ad hos spectant. A parvis initiis incipiens iste affectus de quo in universum supra ac generatim cogitabatur, uti crescit voluntate, sic et hi cupiditas timor laetitia moeror. Eosque crescere arbitratur prout magnas habuerint minoresve caussas quibus concitentur. *Maior igitur*, inquit, *erit timor, si plus quo exterreatur aut propius adspexerit, acrior cupiditas quo illum amplioris rei spes evocaverit.* [175] Noli mirari timorem et cupiditatem quas voces invenisse nos gaudemus, cum hanc in partem similia perraro legantur. Id autem, ut videtur, agit ut motus malit pravos [176] hos quam affectus vel potius minimedum praeparationem morborum intellegit. Eis igitur quae exposuimus, cum quam optime investigare saltem dubioque paullulo certius statuere, Seneca qualem existimaverit horum affectuum naturam, studuerimus, inspicere nos etiam reliquos affectus qui vocantur, eorumdemque naturam atque originem iuvat. Quo tamen eos modo ex illis superioribus velit proficisci, nisi forte conicimus ex eis quae huc pertinent, ab ipso perscripta nec de Stoicorum auctoritate aliqua ex parte cognoscimus ex eisdemque cum pace tua paullulum petimus, probare difficile erit. Eo enim ut, ne flos deesset et color orationi, omni ex genere flosculos carperet, uti propensus fuit, ita aberravit interdum ac saepe ut

nio est ergo quae nos cruciat: et tanti quodque malum est quanti illud taxavimus'

172 dIr. II 18 'Facile est enim teneros adhuc animos componere. Difficulter reciduntur vitia quae nobiscum creverunt. Opportunissima — — animi natura est. Nam cum elementa sint quatuor ignis aqua aer et terra, potestates pares his sunt, frigida fervida arida atque humida. Et locorum itaque et animalium et corporum et morum varietates mixtura elementorum facit, et proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicuius elementi maior vis abundavit. Inde quasdam humidas vocamus aridasque regiones et calidas et frigidas. Eadem animalium et hominum discrimina sunt'. — (c. 19) 'Refert quantum quisque humidi in se calidique contineat, cuius in illo elementi portio praevalebit, inde mores erunt'.

173 dVB. 5 in. 'potest beatus dici qui nec c u p i t nec t i m e t beneficio rationis'. — ep. 74 p. in. '(virtus) non c o n c u p i s c i t absentia'.

174 dVB. 4 m. '— — animus virtute contentus quem nec e x t o l l a n t fortuita nec f r a n g a n t'.

175 Ep. 85.

176 ibid.

doctrinae cuius melior hanc in partem valde desideratur expositio, severitatem quam par est, magis reliquerit ac neglexerit. Propterea quae de quatuor quos fingimus, affectibus dicere volumus, cum de his, quod sciamus, nusquam nominatim edisseruerit, multoque magis de eis quos forsitan ex illis voluerit proficisci, eosdem Stoicos conveniendum sit, nisi ad Stoicorum normam revocata quae tanquam Senecae ex sententia coniecta sunt, referrentur, enumerari tantum nec suppleri aut derivari possent. Cuius tamen rei periculum faciendi ratione bene quidem cognita atque investigata non est periculum ne quae non Senecae ipsius sunt, temere interponamus. Istos igitur quatuor affectus supra cum finxerimus esse aut moerorem amissae rei aut timorem amittendae aut cupiditatem nanciscendae aut laetitiam oblatae, quid superest nisi quod ex his quo modo reliqui affectus quorum meminit Seneca, exoriantur, illico quaerimus. Seneca quidem quod omnia quaecunque in actionem cadunt atque in cogitationem, ad usum refert, quin inde appareat qui fiat ut affectibus qui circa futurum aliquod versantur, praeponat illos vel difficiliores ducat qui circa praesens aut bonum versantur aut malum, moerorem et laetitiam et hos quidem maioris momenti esse putet, difficulter addubitabitur. Hocne ex locis illis apparet?[177] Quod tamen accidisse casu quodam nec niti in hac re si quis contenderet, erraret. Quamquam valde dolemus quod non est ut, qua excipere ratione moerorem aut laetitiam affectus illos de quibus cogitamus, Seneca iudicaverit, intellegamus. Missis igitur quae desunt, pergamus ad haec quae obviam apud eum fiunt singillatim ac disperse denotata.

Ex his igitur affectibus in iram de qua tres scripti ad Novatum fratrem libri exstant, longe uberrime inquisivit. Ubi ita iram definit ut dicat esse eam concitationem animi[178] qui est ad ultionem voluntate et iudicio pergens sive[179] poenae appetens. Affectum igitur in illis libris vocat maxime ex omnibus tetrum ac rabidum[180] iniquum,[181] rationi consiliisque praeclusum[182] praerapidum,[183] caliginem quae premat men-

177 Libet autem eorum ordinem hunc proponere. Sunt igitur

Media

aut futura eaque — aut praesentia eaque

aut commoda aut incomm. — aut commoda aut incomm.

cupiditas — timor (ep. 85) — laetitia — moeror

178 dIr. II 3. III 1.
179 dIr. I 3.
180 dIr. I 1.
181 dIr. III 29.
182 dIr. I 1.
183 dIr. I 12. dTranqu. 4 ex.

tem,[184] brevem insaniam[185] aut quo affectu nulla celerior sit ad insaniam via,[186] quin etiam denique omnia exsuperantem vitia.[187]

Invidiae vim ac potestatem in eo ponit ut omnes destrui cupiant invidi, quia se non potuere provehere.[188] Quam ob rem edacem invidiam et inimicam semper alienis processibus atque incrementis,[189] vel inimicissimam[190] carpit, et concitatam vocat,[191] facientem ingratos[192] unde ex quo ipso potissimum apparet affectum invidiam esse, denique quam effugiat raro alicuius felicitas.[193]

Affectus alios veluti amorem sive amantium affectum quem vocat,[194] tristitiam quam ex timore arbitratur proficisci,[195] superbiam malignitatem — quibus omnibus aliquid placidi,[196] si quidem irae velis eos conferre, non negat inesse, tantum nuncupatos deprehendes. Hi igitur uti morbi veluti avaritia crudelitas alia mentis mala sunt, sic ipsi mala corporis quia ipsi corpori malo sunt, existimentur omnes oportere censet.

Delapsum eo fuisse miserrimo scilicet errore ductum et cum natura affectuum ea quae extrinsecus comparent, confundentem, ut corpora dicat affectus esse,[197] non quo id minus huc pertineat, sed quod praestare intelligi quo modo curentur vel praecaveantur affectus, ducimus, tantum attingimus.

Supra etsi id agi debere censuit ut ordinatum capias impetum temperatumque, tamen per se ipsum ubi non excesserit suos fines, non reprehendit. Numne igitur coniciamus de impetu potius hanc disciplinae

184 dIr. III 12.
185 dIr. I 1. 6.
186 dIr. II 36.
187 ibid.
188 dIr. III 5 m. dTranqu. 2 in.
189 CPolyb. 28 in.
190 dTranqu. 2 m.
191 dIr. III 13 in. 30 m. dBen. II 27 ex.
192 dBen. II 26.
193 CPolyb. 21 m. — Desideratur autem cum alias tum hic in voces diligentia cum modo speciem malitiae (ep. 106) invidiam, modo affectum vocet.
194 Ep. 9 '(affectum amantium) possis dicere — esse insanam amicitiam'.
195 Ep. 85 'qui sine timore est, sine tristitia est'.
196 dIr. I 1.
197 Ep. 106. 'Non puto te dubitaturum, an affectus corpora sint, ut aliud quoque de quo non quaeris, infulciam, tanquam ira amor tristitia. Si dubitas, vide an vultum nobis mutent, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an ruborem evocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? Tam manifestas corpori notas credis imprimi nisi a corpore? — — — Corpora ergo sunt, quae colorem habitumque corporum mutant, quae in illis regnum suum exercent. — — — Quid ergo? Non timor retinet? Non audacia impellit? — Non gaudium extollit? Non tristitia adducit? — — Quod imperat corpori corpus est, quod vim corpori affert, corpus'.

partem esse quam de affectu quem cum ex impetu ipso originem trahat nec posterius facile curari possit aut praecaveri, quod non in ipso ortu migatum erit vel exstinctum, levioris momenti ducit? Noli oblivisci quod congruenter naturae convenienterque vivendum esse commendat et cum tumultuum[198] interiorum finem affectum esse haud ignoret, noscant homines monet quasi opinione obstructi proprie fuisse ut affecti ipsi sint eidemque fines naturae suae supergressi.[199]

Rationem quidem — superest enim haec disputatio — quae inter affectus et cupiditates intercedit qualis sit, ita circumscripsit ut dicat extra nos[200] et ea quibus afficiantur homines et affectus esse, intra cupiditates, sed ita ut extrinsecus diversas suas facies quae eidem affectuum motus sint, ostendant. Cupiditates ipsae ortae ex diuturniore affectuum indulgentia et a natura humana prorsus alienae eademque affectuum non sunt sine voluntate.[201]

Sed redeat oratio unde deflexit. Propositum igitur erat inquirere quae sint media vel potius remedia quibus affectus praecaveantur aut quae sit illa ordinandi impetum ratio quam commendat capiendam eiusdemque impetus temperatio et quo ea modo instituenda. Haec res quanti momenti sit, intelleget, si quis confusam eorum qui affectibus indulserint inque longinquum miserint cupiditates,[202] vitam ab ipso et perturbatam appellatam esse[203] ponderabit. Et qui est hominum ad eligendum bonum habilis animus[204] ac rationis vigor,[205] et quae est eorum facultas vincendi affectus non solum mitigandi ac leniendi[206] itaque ad animi tranquillitatem[207] quae et cupiditate eos et timore superiores reddat,[208] perveniendi et ad vitam sapientium, ut quae multum absit quin immunis tantum cupiditate sit ista et timore, quippe quem animi habitum etiam tertium illud quod vocavit, genus proficientium[209] adeptum sit, quae igitur est

198 Ep. 56.

199 Ep. 56, 10.

200 dIr. II 3. ep. 85, 11.

201 dIr. II 2 'Est enim voluntarium animi vitium'. ep. 85.

202 dTranqu. 10 m. 'Non sunt praeterea cupiditates in longinquum mittendae, sed in vicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur'.

203 Ep. 105 ex.

204 Ep. 98.

205 dIr. I 16 in.

206 Ep. 116.

207 Ep. 92 in.

208 dVB. 4 ex.

209 Ep. 72 ex. '— — qui sapientiae alludunt quam non quidem attigerunt, in conspectu tamen, et ut ita dicam, sub ictu habent: hi non concutiuntur, ne defluunt quidem'. — ep. 75 'Quidam hoc proficientium genus de quo locutus sum, ita complectuntur, ut illos dicant iam effugisse morbos animi, affectus nondum et adhuc in lubrico stare — — — qui plurimum profecere, extra morbos sunt: affectus adhuc sentiunt perfecto proximi. Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et affectus deposuerunt, sed ita ut non

hominum natura quin facile observare quae contra facienda sunt, modo velint,[210] possint,[211] Seneca non dubitat. Sed proficientium genus illud tertium immune morbis quidem esse nec vero affectibus, Seneca quo id modo fiat ut censuerit, libet inde collegere quod prius a morbis initium fieri, quam ab affectibus oportet, et ubi evulsi isti morbi erint, corrigi affectus. Atqui cum extrinsecus hi necdum intrinsecus sint, introrsum si quis velit corrigere atque emendare, regredietur. Peripatetici scilicet dum probare student, ex hac natura quam habemus, proficisci affectus, nec effugi posse, contra Seneca[212] in natura sane, id est, in cura nostri habere eos sedem, sed effugi posse nec debere ulli ex eis obtemperari. Quo factum etiam consemus ut, qui fieri suus velit, id quod bonum appellat inaestimabile,[213] quam possit longissime hic fugiat irritamenta vitiorum[214] et a blandimentis voluptatum procul abstrahat animum ut qui rerum omnium quarum cupiditate flagaverit, velit deponere desideria, et oculos ab his quae relinquit, et aures avertat.[215] Quod cum haud ita quidem facile sit, nonnulli abstinebunt quin tanta tamque magna exigenti obtemperent. Rigorem sane animi ei ac servitatem hi obtendent. At ille militandum nimirum, militandum esse Stoice iocatur in segnitiem hominum et quidem genere militiae quo nunquam quies, nunquam otium datur.[216] Unquam enim adepturum esse inaestimabile illud bonum, nisi quis affectus compresserit atque adeo expulerit, negat. Hi domini sunt hominum et periculum semper est ne renascantur nisi eiciantur[217] quasi vel radicitus exstirpentur.[218] At si quis qnaeret hoc quî fiat et quo duce, totidem proponet quaestiones infra observandas et absolvendas.

Imbecillem primo esse omnem affectum cum iam supra viderimus nec obtinere ut desinat, si incipere quis permiserit, quid aliud arbitraris exigi ab eo quam hoc ut ne permittas incipere affectum? Quam ob rem pug-

sit illis securitatis suae certa possessio: possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa et magna vitia est, sed non extra omnia. Effugit avaritiam, sed iram adhuc sentit. Jam non sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem. Jam non concupiscit, sed adhuc timet et in ipso metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam cedit: mortem contemnit, dolorem reformidat'.

210 Ep. 93.

211 Ep. 71 ex.

212 Ep. 116.

213 Ep. 75.

214 Ep. 51.

215 Ep. 69 in.

216 Ep. 51.

217 Ep. 87 ex. '— satius est — expugnare affectus, non circumscribere'.

218 dIr. III 42. '— exstirpemus radicitus ea vitia quae quamvis tenuia undecunque exierint, renascantur'. — ep. 116. '(affectus) excluditur facilius quam expelli'. — ep. 85, 9 'prohibentur initia affectuum facile'.

nari iubet contra primas caussas[219] quas opiniones ab eo constat intellegi.[220] Namque quem ad modum caussa iracundiae opinio acceptae iniuriae est, ita caussae aliorum affectuum opiniones aliae. — Haec quamvis maxime ad iram spectent, tamen patere paullulo latius haud immerito arbitremur. — Agi vetat quidquam opinionis caussa,[221] sed contra eam pugnari et id quidem, ut praecaveat affectus et exclusos teneat, non solum expellat. Eoque haec omnia redeunt paucis definita, ut exigat proici quaecunque cor laniant[222] aut ut aliis eius verbis in aliam aliquatenus sententiam inclinantibus eisdemque imperativo cuidam categorico, ut ita dicamus, persimilibus utamur. *Sic* enim, inquit, *rege animum tuum ut et sapientibus te approbare possis et fratribus.*[223] His verbis etsi rem omnem paene comprehensam proposuimus, superest tamen quod maxime ad submovendos affectus etiamque quae antecedere eis solent, valet et cui minimum ipse non tribuit.

Est enim ratio de qua cogitamus. Cuius tamen ope licet primus animi ictus effugi non possit, tamen motus quos sequi notum est, non exoriuntur, si ipsa profecerit, nedum incipient affectus ipsi. Qua invita si coeperint, invita fore ut perseverent, censet. Unde intellegitur qui factum sit ut magis obsequio rationis atque obtemperatione dixerit praecaveri quam praeceptis, nisi quod id praecipi oportet ut obtemperetur rationi simul ac motus exoriuntur. Hoc unum ubi neglectum erit et voluntas accesserit motum primum adiutura, perfacile ad affectum transitur nec iam obtinebit ratio locum suum.[224] Quidquam ergo interesse quam magnus sit affectus, negat, parere quantuscunque sit, nescire neque accipere consilium.[225] Rationem potius homo ut qui animal rationale sit, ad summum illum finem evocet, oportere iudicat, in quantum possit plurimum crescere.[226] Quin eam ipsam sibi persuasit adiutricem[227] rerum humanarum esse et opitulantem contra vanam earum speciem eiusque ope averti contraria eis quae perducunt ad finem.[228] Immutabilem eam praedicat et iudicii tenacem[229] nec servientem, sed imperantem sensuum libidini. Sed iam ipsum audiamus. *Hac duce*, inquit, *per totam vitam*

219 dIr. II 22.

220 dIr. III 29. II 29 'non debemus cito credere'.

221 dVB. 20. '— qui sibi hoc proposuit: Ego — nihil opinionis caussa omnia conscientiae faciam: populo teste fieri credam, quidquid me nescio faciam. — — Qui hoc facere proponet volet tentabit, ad deos iter faciet'.

222 Ep. 51.

223 CPolyb. 37 ex.

224 dIr. I 9.

225 Ep. 85 in.

226 Ep. 124.

227 Ep. 92. — dCSap. 17 in.

228 CHelv. 13 in. 16 ex.

229 Ep. 66.

eundum est,[230] *minima maximaque ex huius consilio gerenda.*[231] Quam si quis amet, vult Seneca contra durissima armari,[232] contra debilem fieri eius animum qui amiserit.[233] Nisi illi igitur cui tradamus vitam.[234] Nec minus ad philosophiam quam potest saepissime homo revertatur,[235] ad amorem sapientiae[236] ac vitae artem[237] difficilem sane,[238] sed perutilem[239] ac valde exercitantem.[240] Quo qui pervenire cupit, animum pariter ac mentem excolat[241] oportere. Quod tamen nisi quis noscere se ipsum studuerit nec sine ullo studio[242] se coarguere[243] aut laborare vitiis se confiteri[244] consueverit, fieri non poterit. Ac si noscendi nos ipsos quovis modo[245] incesserit cupiditas eandemque cognitionem ipsam iuverit examen saepius reiteratum[246] et si dignitatem solius virtutis ex eaque bona quae oriuntur, cognoverimus, haud difficile esse factu putabis ut ope rationis quosvis affectus vincamus et secundum naturam vitam degere possimus id quod perfectus status animi est.[247] Noli oblivisci quod Seneca ipse loquitur vel declamitat. Monitionum genera quid prosint, facilis coniectura est.

Verumtamen quid hunc animi statum perfectum immunem pacatum censes quibus laudibus elatum? Cuius rei inquisitione facta fit ut plus quam veritatem, profecisse subtilitatem veluti in certamine isto in quod cum Peripateticis Senecam descendentem non semel vidimus, cognoscamus neque ita planum videtur esse aut fide dignum quod quamquam a Stoicorum parte, disputavit. Esse enim vult hunc statum eius qui dolore corporis et voluptate et morbo et morte liberorum amicorumque et valetudine et salute patriae inferior,[248] ad primos illos animi motus proclivis[249] quidem est nec vero quaquam oblitus aut neglegens nec bona omnia ista quae modo enumeravimus, esse nec mala indeque dubium non est quin tutetur animum ab affectibus nedum morbis omnibus.

230 dBen. II 18 m.
231 Ep. 41 ex.
232 Ep. 74 p. in. ep. 92.
233 dCSap. 17 in.
234 dIr. III 25 ex. — ep. 92 in.
235 Ep. 103 ex.
236 Ep. 89 in.
237 Ep. 95.
238 dBVit. 6 ex.
239 Ep. 94 ex.
240 dBVit. 7 in.
241 Ep. 94.
242 Ep. 80 ex.
243 Ep. 68 ex.
244 Ep. 83 in. dBen. VI 38.
245 dProv. 3 m.
246 dIr. III 36.
247 dVB. 8.
248 Ep. 71 p. m. — dCS. 10. ex.
249 dIr. II 2 'Est enim voluntarium animi vitium, non ex his quae condicione quadam humanae sortis eveniunt ideoque etiam sapientissimis accidunt. Inter quae et primus ille ictus animi ponendus est qui nos post opinionem iniuriae movet — —'.

Caput tertium

Jam vero ad tertiam huius disciplinae partem pergamus quae esse de actionibus dicebatur. Primam quidem partem de bono esse et de malo cum viderimus, atque alteram de affectibus, iam videamus, quo conveniat modo inter impetum actionemque ut in omnibus istis sibi homo consentiat.[250] Igitur infra erit ut quae prioribus partibus separatim tractata sunt, coniunctim inter se compensentur et summo huius disciplinae moralis decreto quî fiat ut satagatur, quaestio sit. Est hanc ob rem propria haec disciplinae pars eaque paraenetica sive praeceptiva quam vocat,[251] quam non modo certeris duabus non inferiorem quae fuerat Aristonis quidem et opinio et sententia, sed parem habet, ne dicamus superiorem. Ante omnia naturam decretorum praeceptorumque qualem habuerit et discriminis inter unum et alterum quid intercedat, paullulum inspiciamus. Et primum quidem quid decretum sit, quaeramus, quid lex, quid praeceptum. Sequitur quaestio decreta ipsa et praecepta sintne necessaria necne.

Definitum[252] quidem decretum deprehendes esse ut sit ad totam vitam pertinens persuasio in qua quin omnia nitantur, hisce paucis, *qualis*, inquit Seneca, *haec persuasio fuerit, talia erunt quae agentur quae cogitabuntur: Qualia autem haec fuerint, talis vita erit.*[253] In quavis tamen arte contemplativa opus persuasione vel decreto esse nec sine illis tanquam suis[254] ullam inveniri sive quod est rationalis sive naturalis sive moralis sive alia quaeque non negabis nec minus huius disciplinae decretum aliquod proprium ac necessarium[255] facilis collectio esset, nisi etiam ipso initio huius disciplinae intellexissemus. Restat ut legis aut praecepti natura qaae sit eademque ratio inter legem aliquam et praeceptum quae

250 Ep. 89 m.

251 Ep. 94 in.

252 Ep. 95, 44.

253 ibid.

254 Ep. 95, 10 'Adice nunc quod artes quoque pleraeque, immo ex omnibus liberalissimae habent decreta sua, non tantum praecepta — — — Praeterea nulla ars contemplativa sine decretis suis est quae Graeci vocant δόγματα, nobis decreta licet appellare vel scita vel placita'.

255 Ep. 95 'Sequitur ergo ut cum contemplavita sit, habeat decreta sua. Quid quod facienda quoque nemo rite obibit, nisi is cui ratio erit tradita qua in quaque re omnes officiorum numeros exsequi possit? Quos non servabit, qui in rem praecepta acceperit, non in omne. Imbecilla sunt per se, et, ut ita dicam sine radice quae partibus dantur'.

intercedat, cognoscamus. *Leges*, sic enim ait, *a scelere deterrent, praecepta in officium adhortantur. His adice quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum imperant, sed docent.*[256] Quae ad decretum si retulerimus, naturam utriusque rei hanc esse ut leges dehortentur ea quae decreto dissentiant, praecepta adhortentur quae consentiant illi. Quod igitur licet pertineat ad vitae singulas partes, praecipere non minus et ipsum quam praecepta, sed illud in totum in singula haec.[257]

Verum quantumvis sit ut bene perspexerit decretum et facienda fugiendaque animo perceperit, nisi cuius in ea quae didicit, transfiguratus[258] animus est, minimedum sapiens habebitur. Et in eam rem connititur haec tertia pars praeceptiva quam ex utroque disserentem nescimus quem facit esse ex decretis et ex habitu. Quo igitur loco accedat decreto cuius ope ad virtutem sed non unius[259] ope ascendatur, oportet habitus sive ut ipsius verbis suppleamus, discas oportet, et quod didicisti, agendo confirmes.[260] Summum igitur decretum nisi quis noverit, praecepta nulla erunt.[261] Namque quo probari minus et placere quod singula praecepta docti atque eruditi[262] nonnunquam neglegunt opinio Senecae est id est quo magis oportere ope praeceptorum etiam animus illorum ut quid agendum in vita sit, videat, iuvetur,[263] eo minus probari sibi dicit ubi quis utatur tantum modo praeceptis quae nihil per se ipsa[264] aut parum prodesse probent exemplo facillime imperiti qui quidem fieri possit ut recte agant, verum nesciant,[265] cum sint iudicii expertes[266],

256 Ep. 94.

257 ibid.

258 ibid.

259 Ep. 95 'Non tamen semper ad actiones rectas praecepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est: aliquando frustra admoventur — —'.

260 Ep. 94.

261 Ep. 71 'Non disponet singula, nisi cui iam vitae suae summa proposita est. Nemo quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet, quid velit pingere'. — ep. 95 'quemadmodum folia virere per se non possunt, ramum desiderant cui inhaereant, ex quo trahant sucum, sic ista praecepta si sola sunt, marcent: infigi volunt sectae. Praeterea non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso confirmari illo quo tolluntur'.

262 Ep. 95 'Quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quae tradi solent, perveniunt sine longo magisterio, et honesta sunt, cum primum audierunt. Unde ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia —'.

263 Ep. 94 'Cuius curata suffusio est, is non protenus, cum visum recepit, aliis quoque potest reddere: malitia liberatus et liberat. Non est opus exhortatione, nec consilio quidem, ut colorum proprietates oculus intelligat. A nigro album etiam nullo monente distinguet. Multis contra praeceptis eget animus, ut videat quid agendum sit in vita'.

264 Ep. 94 'Concedo per se efficacia praecepta non esse ad evertendam pravam animi persuasionem'.

265 Ep. 95 'Etiamsi recte faciunt, nesciunt facere se recte'.

266 Ep. 95 'Non potest quisquam

nec manifestare agendo possint quae cognoscendo acceperant, aut ad praecepta quibus actiones suae quales fuerint, diiudicent, exigere,[267] qua sunt exigua animi facultate,[268] paene perfectam scientiam aut difficillime adipiscantur. Atque adeo tanquam adminicula et adiumenta necessaria praecepta praesertim imbecillioribus ingeniis sunt.[269] tantumque abest ut exspectari tempus quo per se sciant quid optimum factu sit, concedat, ut regi praeceptis si quis quando incipiat, posse se regere, iubeat, atque edisci praecepta[270] ne in vitia illabantur imperiti. Prodesse quidem saltem aliquid praecepta etiam imperfectissimis non negare non dubitat.[271]

Verum enim vero quaecunque vitae consuetudo fert, cum pars vitanda sint, pars facienda, ita partiri placet ut tum quae iubent, praecepta, tum quae vetant — lex autem vocabulum missum faciamus — statuamus. Vetant igitur fieri quod naturae rationique disconvenit, praecepta, iubent quod congruit.

Duo igitur hic concurrunt, ut quaeramus quid sit naturae rationique disconveniens, quidve conveniens. Quod ultimum rursus duas in partes inspiciendum erit, si quidem quaesitum fuerit, actiones nostrae sintne bonae eaedemque relatae ad rationem, an bonae nullo rationis respectu, hoc est, sintne honestae an vicinae honestis sive tantum modo bonae quae vocantur. Dispiciatur ergo quid h o n e s t u m s i t, si ad actiones spectabimus, quidve b o n u m. Esse honestum quod vocatur, et bonum non similia intelleges nec si notiones spectabis, nec si rem. In rem inquiramus. Ab ipso honesto bonum vel a bono honestum, sicuti supra ubi circa virtutem controversia et circa vitium versabatur, i n t e r n o s c i monet Seneca nec vero aliter quam quo ab una actione alteram discernat nec in eadem actione ab honesto bonum aut re inversa. Nec dubium quin quod vicinum honesto modo diximus, bonum et ipsum sit.[272] Nostra quidem

nisi ab initio formatus, et tota ratione compositus, omnes exsequi numeros, ut sciat quando oporteat, et in quantum, et cum quo, et quem ad modum —'.

267 Ep. 95. 'Aliqua vel casu, vel exercitatione, exibunt recta: sed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat recta esse quae fecit —'.

268 Ep. 95. '— illis aut hebetibus et obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est —'.

269 Ep. 94. '— imbecillioribus quidem ingeniis necessarium est aliquem praeire: hoc vitabis, hoc facies. Praeterea si exspectat tempus quo per se sciat quid optimum factu sit, interim errabit, et errando impedietur quo minus ad illud perveniat, quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum incipit posse se regere'.

270 Ep. 123 extr.

271 Ep. 94. 'interim etiam imperfecto, sed proficienti demonstranda est in rebus agendis via'.

272 dBen. II 18.

quae sit opinio ubi distinguentum Senecam ab uno alterum, respicere velint, si forsitan sint qui quaerant, quaecunque huc pertinent, intellegent hisce verbis comprehendi. Aut enim agere propter rem aliquam per se ipsam possumus aut propter eam utpote praeceptam, hoc est, aut propter virtutem ipsam aut propter praeceptum aliquod circa illam versans. Atqui virtus honestum et ipsum cum sit, et summum illud decretum quod initio huius diciplinae proposuimus, id agat,ut naturae congruamus agendo sive secundum eam vivamus nec aliud quidquam haec natura sit quam et rerum et nostra quae ratio potissimum intellegitur, porro cum in ipsa hac nostra natura sive ratione si quidem perfecta in se erit, virtus seu honestum nitatur, numne dubitabis aut minus concedes quin omnia quaecunque hanc in partem agentur, honesta et ipsa sint,[273] modo honestum illud sive virtutem ut quae propter se ipsa expetenda sit, expetitam propter se ipsam fuisse persuasum habeamus. In arduo sane talia honeste acta sunt nec minus quae vicina honeste actis.[274] Haec tamen pars alterutra bene actorum erat.

Tantum modo quia praecepta est, virtutem, sive cum peti eam per principii veluti illius quod propositum apud eum esse constat, vel summae illius formulae verba decretum esse seu iussum sciat, si quis petat, non propter se ipsam, hic bene agit necdum honeste eiusque actiones quae huc redeunt, dignae quidem quae bonae appellentur, erunt, verum nihilo magis congruunt, aut probabunt fuisse qui ita egerat, talem qualis in media via cohiberetur nec posset procedere. Qui bene necdum honeste egit, praeceptum quidem aliquod, non naturam ipsam ac rationem secutus est.[275]

Circa virtutem igitur hoc est circa honestum quae versantur actiones, honestae sunt et dividuntur quemadmodum virtutes, in actiones quae ad prudentiam spectant, quae ad iustitiam, quae ad temperantiam, quae ad alias virtutes. — Et quae circa bonum versantur, actiones bonae sunt. Sed quo dividantur modo, non vidimus. Illa verba quibus aut ex proposito nos ad aliquas actiones venire, aut non venire nisi in rebus adversis monet,[276] ex nostro quidem iudicio ad honestum potius quam ad bonum videntur spectare. — De tertio genere bonorum quae non magis sequuntur naturam quam contra eam sunt, supersedemus.[277]

Jam vero quid sit naturae rationique disconveniens, quaeramus, et

273 Ep. 76 m. 'dicimus et illa bona (!) esse quae a virtute profecta contactaque sunt id est opera eius omnia'.

274 dBen. II 18.

275 Ep. 76 'omnes actiones totius vitae honesti ac turpis respectu temperantur: ad haec faciendi et non faciendi ratio dirigitur'.

276 Ep. 66.

277 cfr. ep. 66 'Non enim minus secundum naturam est sedere quam aut stare aut ambulare'.

quale sit. Contrarie oppositum honesto **peccatum** cum ipse habeat, haec altera quaestio de peccato quod dicitur, erit. Est autem proprium peccati neglexisse decretum summum atque illa quae subsunt illi aut accedunt, hoc est, aberravisse ac declinasse a recto sive a via recta. Cuius recti notionem qualem sibi finxerit, disertius quidem licet non expositum sit, tamen de re quae huic notioni subest, compluries cognoscimus. Peccatur igitur recti errore.[278]

Secundum naturam ac rationem ubi actum fuerit, **meritum** erit, et ubi contra actum, **culpa** eademque relata ad virtutem seu ad honestum, non tantum ad legem seu ad bonum. Verum tamen de hac culpa bifariam relata ut bene conicias, hisce invenies sat clare circumscriptum. *Quam angusta*, inquit, *innocentia est ad legem bonum esse? Quanto latius officiorum regio patet quam iuris?* Quam multa pietas humanitas liberalitas iustitia fides exigunt quae omnia extra publicas tabulas sunt?*[279]

Quibus universe et quod ad facultas tulit, ad mentem Senecae nec tamen iusto longius, ut opinamur, in actiones inquisitis restat ut singula persequamur. Commodissime quidem fieri pro eorum quae apud Senecam ipsum perscripta invenimus, natura[280] arbitrati sumus, ut primum quid homo, si ratio inter ipsum et naturam seu deum fatumque quae intercedat, spectamus, facere debeat aut fugere, tum quid ille si ratio ipsum inter et alios homines quae intercedat, denique ille quid, si ipsum velis considerare.

Instituatur primae partis expositio quae circa deos versatur. **Universae naturae** quam utrum hac an illa voce vocet,[281] quidquam

278 Ep. 123, 6 '— nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures facere coeperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: et recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est'. — ep. 94 in. 'Nihil enim proficient praecept quamdiu menti error offusus est; si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio'.

279 dIr. II 27 ex.

280 Ep. 95 'Post deos hominesque dispiciamus quo modo rebus sit utendum'.

281 NNQQ. II 45 '— — eundem quem nos Jovem intellegunt, custodem rectoremque universi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum et artificem cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? Non errabis — — — Vis illum providentiam dicere? recte dices — — — vis illum naturam vocare? non peccabis — — — vis illum vocare mundum? non falleris'. — dBen. IIII 7 '— quotiens voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum no-

* naturae an Quiritium (NNQQ. III praef.) in incerto est.

referre negat, eidemque divinae quam ipse quidem intellegit, rationem nemo habebit minimam. Eadem enim quae singulorum hominum, universae ratio naturae cum sit et ad hoc destinati homines nascantur ut congruenter suae quisque agat rationi ob eamque alios respiciat atque observet, nonne par erit, universi rationi rerumque naturae obtemperari? Ad hanc tamen Senecae sententiam, quae tunc temporis erat, conditionem rerum Romanarum, non nihil valuisse quis erit qui neget, si quidem etiam philosophos aetate sua quodam modo inferiores fuisse quo fiat ut quae desiderantur, eorum accessione salutem hominum fieri sperent, pro vero concedetur? Voluptatemne singuli ac luxuriam exemplo probare finem vitae optimum esse studebant post exstinctam non solum libertatem civium,* verum facultatem probandi virtutem suam et sublata omnia quae provehere eam possent? Numquid igitur potuisse aliud eum facere arbitramur quam spernere talem hominum vitam ac respuere? Quid quod nisi quis velit diis tradere se suaque omnia,[282] fore ut beatus fiat, desperat? Primum igitur quae in pietate quam alteram iustitiae de qua infra erit ut agamus, partem habere supra legimus, praeceperit, videamus. Vitae quam cognoscendam tres in partes nobis modo proposueramus, partem eam quae spectat ad deorum cultum ac religionem, solito uberius cum descripserit, sat intellegitur non minima ex illis partibus vitae haec ei fuisse visa. Est primum eius decretum hoc nisi ex serie caussarum ex quibus nectitur fatum[283] neque ex lege universa ex qua profluunt omnia,[284] nihil evenire.[285] Hanc absolutam rerum necessitatem si respicies et si cuncta ponderabis quid superest, nisi quod curam geris ut obsequaris diis tu et obtemperes nulla mora atque haesitatione?[286] Quos coli omnino quidem par esse

strarum compellare — — — quaecunque voles, illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque coelestium rerum continentia. Tot appellationibus eius possunt esse quod munera'.

282 Ep. 31 in. 'si vis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quae optantur, eveniat'.

283 Ep. 19. cfr. dBen. IIII 7 'Fatum nihil aliud est quam series implexa caussarum, ille (suppl. Juppiter) prima omnium caussa ex qua ceterae pendent'. — NN. QQ. II 45 'Hic est ex quo suspensa sunt omnia, caussa caussarum'.

284 CHelv. 6 m. 'Omnia volvuntur semper, in transitu sunt, et ut lex et naturae necessitas ordinavit, aliunde alio deferuntur. — dProv. 5 'Scio omnia certa et in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt, et quantum cuique restat, prima nascentium hora disposuit. Caussa pendet ex caussa, privata ac publica longus ordo rerum trahit'.

285 NNQQ II 36 '— signum et vim et caussam dedit omnibus'.

286 Ep. 71 m. 'Magnus animus deo pareat, et quidquid lex universi iubet, sine cunctatione patiatur'.

* cfr. dVB. 15 ('in regno nati sumus').

quamvis censeat,[287] tamen optime coli arbitratur ubi[288] si quid illi velint, et ipse quisque vult, ubi id quod illi volunt, praestare ei quod ipse vult, existimat, ubi omnino omnes quidem necesse esse ut consectentur fatum, verum fieri ut, qui ratione praediti sunt, voluntate nec inviti sequantur,[289] perpendit. Denique huius legis atque ordinis obsequio atque obtemperatione quis est qui nimium quoddam hominibus imponi suspicetur, haec lex si nihil aliud quam universa ratio est? Quamquam quae rerum ex ordine evenire solent, ut his inserviat quisque, cum multum atque alias postulavit, tum illic idemque optime, ut videtur, ubi etiam precationem Cleanthis quam a Cicerone Latine versam acceperat, proponit.[290] Et esse quidem deos non magis credit[291] quam adiutoribus his confidit[292] nec bonum nedum felicem ac beatum esse contendit, nisi esse credere quis nec si quis precari velit.[293] Deos

287 Ep. 95 '— Quomodo sint dii colendi, solet praecipi — — — deum colit qui novit — — primus est deorum cultus deos credere: deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem sine qua nulla maiestas est'. — cfr. Fragm. ap. Lactant. VI 25.

288 dProv. 5 'Non ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. — — — accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? Quid querimur? ad hoc parati sumus. Utatur, ut vult, suis natura corporibus; nos laeti ad omnia et fortes cogitemus nihil perire de nostro. Quid est boni viri? praebere se fato'.

289 dVB. 15 'Quisquis autem queritur et plorat et gemit, imperata vi facere cogitur, et invitus rapitur ad iussa nihilominus. Quae autem dementia est, potius trahi quam sequi? — — — In regno nati sumus: deo parere libertas est'.

290 Ep. 107 'Contrariis rerum aeternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, et quaecunque fiunt, debuisse fieri putet, nec velit obiurgare naturam. Optimum est pati quod emendare non possis, et deum quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est qui imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum cui, quidquid patimur, intextum est, et sic alloquamur Jovem cuius gubernaculo moles ista dirigitur, quem ad modum Cleanthes noster versibus disertissimis alloquitur. Quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis viri disertissimi exemplo. Si placuerint, boni consules; si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum:

Duc o parens celsique dominator poli
Quocunque placuit: nulla parendi mora est.
Adsum impiger. Fac nolle, comitabor gemens
Malusque patiar quod pati licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

291 Ep. 41 in. — ep. 117 in.

292 Ep. 41 in. 'Bonus vir sine deo nemo est' — — 'Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos, hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat — — An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus, exsurgere? ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque virorum bonorum (quis deus incertum est) habitat deus'. — ep. 110 in. '(deos) habet placatos et faventes quisquis sibi se propitiavit. Sepone in praesentia quae quibusdam placent, unicuique nostrum paedagogum dari deum'.

293 Epp. 10. 31 in. 60. — dBen V 25 ex. — NNQQ II 33.

testes eorum[294] quae loquatur aut quae agat. qui eligat, fore sperat[295] ut bene huic sit nec quidquam laedat ille vitae societatem.

Jam vero instituatur alterius partis expositio iuxta Senecae ipsius verba quibus post deos hanc alteram quaestionem ineundam commendat, quo modo hominibus sit utendum. *Quid agimus?*, sic enim hic quaerit. *Quae damus praecepta? — — Quando omnia quae praestanda ac vitanda sunt, dicam? ( ) cum possim breviter — formulam humani officii tradere.*[296] Hanc quidem formulam distribuere in partes suas ac si satis ad rem sit, et qui fiat ut in singulis vitae socialis conditionibus usurpent eam, inspicere minus dubitemus quam integram transscribere. Namque certam propriamque rei quandam cogitationem qua oratio nostra inficiatur quodam modo ac coloretur, tenere cum sint qui cupiant, non est cur non transscriptam hanc formulam quandam illi ex Senecae ipsius verbis proponere. Audiamus ergo ipsum. *Omne hoc*, inquit, *quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est; membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex eisdem et in eadem gigneret. Haec nobis amorem indidit mutuum et sociabiles fecit. Illa aequum iustumque componit.* — Haec verba Senecae satis esse ducimus quibus rem ipsam disponamus, cum mutuus ille quidem amor quem natura nobis indidit, ad nihil aliud non dubitamus quin spectet, quam ad rationem quae inter parentes et liberos intercedit, non minus quam ad amicitiam et rationem coniugalem, verum aequum iustumque quod eadem natura composuerit, ad rationem civilem hoc est ad eam rationem quae cives inter et rempublicam intercedit.

Ac primum quidem rationem illam quae inter eos qui sanguine cognati homines sunt, intercedit, inspiciamus. Sed tantum prope inliberos ac parentes et re inversa nec vero in ceteros quoque propinquos aut necessarios inquisivit. Parentes quidem amari cum quasi nativus quidam liberorum erga parentes amor sit nec opus ut, in quod eamus, impellamur, contendit saltem nulla lege iuberi.[297] Quo fit etiam ut leges in hanc vitae partem civiles non desideret. — Idemque in parentum erga liberos amorem ac caritatem valere monet, nec magis hic praeceptis opus esse. Sed indicio tollentium cum nihil cedat in liberis tollendis, totam rem voti esse nec nimis sperandum de prole praemonet.[298]

294 dBen VI 41 ex. '— — interim dii testes sunt'. cfr. ep. 10 ex.
295 Ep. 31 in.
296 Ep. 95.
297 dBen. IIII 17.
298 dBen. III 11.

Contra ea intra parentes ipsos opus praeceptis est. Haec Seneca. *Sunt, inquit, aliquae partes mariti, sed non minores uxoris. Invicem ista quantum exigunt, praestant et parem desiderant regulam quae ut ait Hecaton, difficiles est.*[299] Verumtamen hae partes quae sint et quae regula si quis scire cupiat, nisi istius modi quaestiunculas easque permultas nec vero singillatim tractatas atque separatim expositas, nihil indagando reportabit, quas referre vel huc transscribere non in animo habemus. Ceterum censet *libidinem non voluptatis caussa esse homini datam, sed propagandi generis.*[300] Haec autem voluntas naturae est neque sapiens quidem ducere ac prolem suscipere dubitabit.

Ad amicitiam pergamus. Taedium insitum homini solitudinis esse iudicat nec hoc nos miramur cum esse cognatos homines omnes intellexerimus. Etenim illa naturalis quam vocat, irritatio[301] quam omnes sentiunt et quae efficit ut ex aliis quosdam praecipue amemus hoc est ut quaeramus amicos cum eisque familiaritates ineamus, interpretatio illius taedii est. Igitur sive hac ex caussa utilitate quam speramus, aut officiis quae exspectamus, ducti quod amicitias iungimus, prudenter factum facile negabis. Utilitatis enim caussa iuncta quae est, nihil aliud quam mutuatio est nec amicitia vera ac sincera, et quae prima iunxerat, eadem utilitate ubi nulla apparuerit, dirumpetur amicorum societas vel firmissima ut videbatur. Sed *in quid amicum paro* sic enim quaeramus aut quaerentem Senecam faciamus: *Ut habeam, inquit, pro quo mori possim, ut habeam quem in exsilium sequar, cuius me morti (et) opponam et impendam.*[302] His igitur partibus omnibus ut sufficiamus, idem atque amicis studium oportet nobis sit, nobis idem expedire quod illis ducamus, et quidquid agitur ad illos pertinens, nostrum sit[303] idque faciamus memores celebratissimi illius Sallustii nempe tantum in alterutram id est bonam partem accepti idem velle atque idem nolle, eam demum firmam esse amicitiam. Quocirca hoc dulcissimum et honestissimum dictum sapiens sapienti praestabit, egregium opus pari iugo ducet.[304]

Liberos et parentes et cognatos et amicos si exceperimus, ceteri homines omnes alieni quidem sunt, verum propiores qui sunt eiusdem patriae quam qui extra solum domicilium habent. Est

299 dBen. II 18.

300 CHelv. 13 in.

301 Ep. 9 'Ad amicitiam (ferat oportet ——) naturalis irritatio. Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae [† et appetitio societatis †]. quomodo solitudo in odium est, †† quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus qui nos amicitiarum appetentes faciat'.

302 Ep. 9.

303 Ep. 48.

304 Ep. 109.

autem triplex ratio quae inter nos ipsos et nostrates intercedit. Aut enim inferior est aliquis aut par aut superior. Finge inferior sit. — — Quid praecipitur? Summum quidem hoc proposuit Senecae, ut sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere.[305] De servorum autem nimirum apud Romanos conditione cogitat. Domini igitur cibaria servis praestent oportere et vestiaria[306] praecipit, et bene eos accipiant,[307] quin etiam fieri exigit ut familiariter cum eis vivant colloquantur consulant coenent.[308] Expendendum denique mandat eiusdem naturae ac dominos inferiores esse.[309] — Porro pare aliquo quomodo sit utendum, videamus. Hanc in partem quae disputavit, iuvaret nos accuratius exponere, nisi vereremur ne pro eis quae haec disciplinae expositio ipsa, si cuncta ponderes, desiderat, longius esset. At mirabile sane videbitur esse quod scriptum legimus apud eum sic incipientem ab hac re, ut suspicionem hominibus iniciat. *Tu tamen*, inquit, *ita cogita quod ex homine periculum sit, ut cogites quod sit hominis officium, alterum intuere ne laedaris*, *alterum ne laedas.*[310] Hoc quidem ultimum ex genere utroque partium licet accipiamus vel laudamus, nequaquam tamen tollitur hoc mirabiliter suspiciosissimeque dictum perquam moroso scilicet homini, parum philosopho dignum. Sed primum illud quod est ne laedas, et quod complectitur ea quae circa verba et actiones versantur quibus alios laedas, videamus. Ab una quidem parte dum *contra constitutionem naturae esse* dicit *nocere aut laedere*, *ab altera id agit ut ad naturam omnia ac deos referat.* Itaque *sic vive*, inquit, *cum hominibus tanquam deus videat,*[311] haud negans difficilem rem esse ita vivere cum hominibus utne ulla ex eis turba immineat.[312] Quod ubiubi commonuit, quo minus *securitatem securitate mutua paciscendam*[313] mandaret, non omisit. Verum alterum illud quod ibidem proposuit, hoc est, ut dicat *commodis omnium oportere laeteris, movearis incommodis, et memineris quae praestare debeas*, *quae cavere.*[314] Ex pluribus has in res inquisitis iterum libri claudicant. Adde quod *imperio naturae paratas esse ad iuvandum manus*

305 Ep 47.

306 dBen. III 21.

307 Ep 47 'vive cum servo clementer'.

308 Ep. 47 'Comiter quoque et in sermonem admitte et in consilium et in convictum'.

309 dCl. I 18 'Servis ad statuam licet confugere. Cum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetet, quia eiusdem naturae est cuius tu'.

310 Ep. 103 ex.

311 Ep. 10 ex.

312 dCl. I 17 'Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum quam homo'. — dBen. IIII 33 'nam ut ait Plato, difficilis humani animi coniectura est'.

313 dCl. I 19 m.

314 Ep. 103 ex.

debere dixit.[315] Haec verba si inspiciemus memores cognationis hominum a natura conditae,[316] cum iuvamus eos qui sunt eiusdem originis sequi nos naturam itaque nostrum hoc esse, ut quam possumus lubentissime bene velimus eis ac faciamus idque nulla hac exspectatione fore ut referat, si quis bene acceperit, aut habeat gratiam, facile nobis persuadebimus nec animo aliorum vel alienorum erga nostra bene facta ingrato[317] aut iniurioso[318] aut inimico erit cur fiat ut hac in re desciscamus a nobis. Compensari[319] quidem iniurias benefactis, quo experiamur uter reus sit, utrum is qui acceperat, an is qui tulerat iniuriam tametsi concessit, aptum tamen qui nullo hanc litem ut ita dicamus, dirimat studio, nisi sapientem nullum esse[320] persuasum habebat. Sunt autem benefacta seu beneficia pars quae nisi sapiens nemo possit praestare,[321] pars quae quotidie mutuo praestentur. Quin obligati nos ad compensandum simus, si res circa ultima verba vertitur, quis addubitabit? Etenim bona quae opus sit ut reddantur,[322] illa beneficia esse eaque una cum usuris[323] quae tanquam utilitas ex utendis beneficiis redundaverint, arbitratus est. Quod si quis non fecerit, ingratum esse. De eis quidem quae quasi solent deponi quae modo allata sunt, haec ad deposita quae proprie intelleguntur multo magis

315 Ep. 95.

316 dBen. III 28 'Eadem omnibus principia eademque origo; nemo altero nobilior nisi cui rectius ingenium et artibus bonis aptius'. — cfr. et ep. 95 m.

317 dBen. VII 26 'Nunquam te tam inhumanus et immemor et ingratus offendat, ut non tamen dedisse delectet. Nunquam in has voces iniuria impellat, vellem non fecisse. Beneficii tui tibi etiam infelicitas placeat'.

318 Ep. 81 in.

319 dBen. VI 6 'Beneficium nulli legi subiectum est, me arbitro utitur. Licet me comparare inter se quantum profuerit mihi quisque aut quantum nocuerit: tum pronuntiare, utrum plus debeatur mihi, an debeam'.

320 Ep. 92 m. 'nam ille alter secundus, — — cuius iudicium labat etiamnum et incertum est, — —'.

321 dBen. VII 17 'Duo sunt beneficia, unum quod dare nisi sapienti non potest, hoc est absolutum et verum beneficium, alterum vulgare plebeium cuius inter nos imperitos commercium est'.

322 dBen. VII 17 'De hoc (suppl. altero beneficio) non est dubium quin illi qualiscunque est, debeam reddere sive homicida, sive fur, sive adulter evasit'. — ibid. c. 20 ex. 'De his loquamur vitiis quae detestamur sine horrore. Huic homini malo quem invenire in quolibet foro possum quem singuli timent, reddam beneficium quod accepi. Non oportet mihi nequitiam eius prodesse, quod meum non est redeat ad dominum, bonus sit an malus. Quam diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem'?

323 Ep. 81 m. 'Nam in hoc quoque falluntur ingrati quod creditori quidem, praeter sortem extra ordinem numerant; beneficiorum autem usum esse gratuitum putant. Et illa crescunt mora, tantoque plus solvendum est quanto tardius. Ingratus est qui beneficium reddit sine usura'.

spectare in eisque reddendis habeatur rei ratio non minor oportere monet. *Depositum*, inquit, *reddere per se res expetenda est; non tamen semper reddam nec quolibet loco nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, utrum infitier palam reddam. Intuebor utilitatem eius cui redditurus sum et nociturum an illi depositum negabo.*[324] — At vero quid censes praecepisse Senecam, de altera re quid cognoscentem, ne laedaris? Quid igitur praecepit ubi laesus quis fuerit? Ulcisci iniuriam acceptam licere nescio an credas. Quod vetat Seneca fieri et patienti animo et aequo quin etiam benevolo[325] ferre studeas oportere laedentem et ignoscere[326] iniuriam. Etenim superbientem esse iudicat et insolescentem et insipientem[327] qui laeserit et nos fit ut virtuti nostrae vigorem addamus[328] ubi accepimus iniuriam aliquam. Ceterum misere hoc dictum facile tibi videbitur nec constanter quod apud eum legimus, quî faciamus ut eius qui s u p e r i o r nobis sit, iniuriam feramus.[329] —

Sed nihil sane apud eum excedit illa verba eaque ipsa eis quae hucusque dixit, nimis ut opinamur, indigna quibus videatur solitudinem quam abominabilem alias atque invisam sibi odiosamque non paucis probare studuit,[330] suadere ac commonere nisi illud eius in mente fuerit quo ad philosophiam ab omnibus rebus reverti quemque iubeat. Sunt autem haec verba. *Etenim cum pare*, inquit, *contendere anceps est*, *cum superiore furiosum*, *cum inferiore sordidum.*[331] Verum tamen quid ad honestum haec? Huius modi verba iam estne ut sufficiant ad dissuadendam iram vel aliam quamlibet rem difficillimam, ut si non animum at habitum componant? Hisne videtur esse ut quam animo, legi aut ignavae rationi tribuat plusculum momenti?

R a t i o n e m d e n i q u e e a m q u a e i n t e r u n u m h o m i n e m vel potius sapientem quem vult, e t r e m p u b l i c a m i n t e r c e d i t, qualem sibi finxerit, intellegere haud difficile erit. Namque id Seneca cum studeret opinionem de sapiente quam maximam movere, non est cur minus quis exspectet singularum rerum civilium rationem minoris

324 dBen. IIII 10 in.

325 dIr. II 34 ex. 'Irascetur aliquis? tu contra beneficiis provoca'. — dBen. VII 31 'vincit malos pertinax bonitas'.

326 dCSap. 11 in.

327 dIr. II 34 'Cogitemus quotiens ad ignoscendum difficiles erimus, an expediat omnes nobis inexorabiles esse — — — si utrimque concurritur, ille est melior qui prior pedem retulit'. — cfr. III 27.

328 dIr. III 11 m.

329 dIr. II 33 in. 'Potentiorum iniuriae hilari vultu, non patienter tantum ferendae sunt —'. cfr. ep. 76.

330 cfr. ep. 25 'omnia nobis mala solitudo persuadet'. — ep. 94 ex. 'Non est per se magistra solitudo innocentiae'. all. —

331 dIr. II 34 in.

momenti esse quam quae digna sit eo qui ad maiora factus habeatur. Nec igitur miraberis quod disserentem his verbis audimus. *Propior mihi*, inquit, *ac potior eius officii ratio est quod humano generi quam quod uni homini debeo.*[332] Haec verba nihil aliud quam quod qui esse mundanum se intellexisset, toti potius hunc hominum generi quam angustis reipublicae alicuius finibus malle servire, sibi velle veri simile est. Quod cum ita sentiret, fieri potuit ut arbitraretur multum praestare cavere hic ne a cultu divino contemplationeque rerum coelestium quibus cum rempublicam contuleris, inferiorem hanc deprehendes,[333] averteretur, longe a factitandis negotiis recederet.[334] At vero credere curam omnium quae ad rem publicam pertinent, Senecam neglexisse si quis vellet, adderet aliquid quod qui ieiune legisset, ut adderet idem ipsum, fieri nullo modo posset. Quisquis attentius scripta perleget, rationis quae inter se et rempublicam intercedebat, curam non minorem Senecam quam totius generis humani gessisse, facile sibi ille persuadebit, atque adeo progredi eum ut dicat, qui contra patriam arma ferendo peccaverit, dignum quem oderit hunc esse atque indignum quocum familiariter aut civiliter vivat, quin etiam quidquid meruisset, perdidisse hunc et referri illi gratiam scelus haberi.[335]

Restat ut instituatur tertiae partis expositio iuxta Senecae ipsius verba quibus post deos hominesque dispiciatur q u o m o d o r e b u s s i t u t e n d u m, oportere censet. Quod quo accuratius iam supra perstringi vel exponi meministi, eo optabis paucioribus attingi. Namque cum nisi quod naturae convenit, nihil bonum esse nec quidquam bonum in vita humana, nisi virtutem ut quae et sibi consentiat et universae naturae et virtuti si conferimus, fugacia esse cetera omnia nec manentia nulliusve pretii nisi virtute contacta ea offendantur, per se ipsa esse pretii nullius, haec igitur cum cognoverimus, sequitur ut per se ipsae virtute actiones absolvantur et quae nulla virtute contactae sint nec nisi praeceptis congruerint, in se perfectae actiones non sint, quia propter praecepta sunt, non propter virtutem actae. Praeceptis quidem propter se ipsis obtemperabit, servum esse censet et vinculum aliquod habere libertati suae circumdatum.[336] Quod non bonum sit, quia non optabile. Se solvat tanta servitute oportere si quis velit agere honeste hoc est consuescat appetere propter se ipsam virtutem ad quam tanquam ad integram libertatem[337] paulla-

332 dBen. VII 19.
333 Ep. 69 in.
334 Ep. 29.
335 dBen. VII 19 ex.
336 Ep. 66.
337 dVB 15 in 'Qui voluptatis virtutisque societatem facit, et ne ex aequo quidem, fragilitate alterius boni,

tim[338] esse ut ex maxima servitute[339] deveniat homo et quam qui natus fuerit, non posse non facere quod debeat.[340] Etenim boni illud viri esse indicat indeque virtutem ab una parte eandemque libertatem, vitium ab altera parte eandemque servitutem et utrumque contrarie sibi oppositum atque inter se plane diversum.[341] Medium autem locum tenent indifferentia veluti ambulare sedere bibere edere de quibus supra videris.

Jam vero primum in alterutram partem quae circa virtutem versatur. Audimus ab eo dividi in duas partes virtutem *in contemplationem veri et actionem.*[342] Est autem haec illa una virtus quae singularum virtutum nomina complectitur indeque virtutes quae vocantur, ipsas in se continet. Itaque haec duplex pars est ac continens et rationem quae ad institutionem pertinet, et rationem quae ad admonitionem hoc est quae intercedit inter institutores et instituendos et quae intercedit inter admonitores et admonendos. Scito autem quod *contemplationem* inquit, *institutio tradit. actionem admonitio.*[343] Quamquam ad fontem suum, ut ita dicamus, utrumque rivum reducturi hoc quaeramus ut veri contemplationem quae perhibetur etiam rerum contemplatio,[344] non per se ipsam, sed iunctam cum alterutra naturae voluntate quae in agendo nititur, dispiciamus, ita ut non solum contemplationem, verum etiam actionem eamque potissimum respiciamus. Sed antea repetamus aliqua. Honeste agere qui sequatur naturam ac rationem ad quam si quae modo diximus, referre velis, hoc habebis ut dicas esse ut cuius actiones utrumque complectuntur et contemplationem veri et actionem verumtamen ita ut antecedente contemplatione illa agantur, eaedem honeste actae sint. Quod Senecam referentem ad singulas virtutes quas vocat, et quae huc pertinent quoad exercitationem, si facimus, conicere — relegamur autem ad coniciendum deficientibus definitis in hanc partem locis — non est cur dubitemus, ita ipsum de his virtutibus sensisse ut oportere qui iustitiae amans sit, iuste quidem hic agat, verum etiam contempletur quod iustum est, voluerit; idemque qui prudentiae amans, prudenter agat et contempletur quod prudens est, tum qui temperantiae, temperanter agat et contempletur quod temperans, denique qui fortitudinis, fortiter agat et contempletur quod forte. Quibus expositis sequitur ut omnia verum com-

quidquid in altero vigoris est hebetat libertatemque illam ita demum si nihil se pretiosius novit, invictam sub iugum mittit. Nam (quae maxima servitus est) incipit illi opus esse fortuna'.

338 dVB. 16 ex. 'Hic qui ad superiora progressus est et se altius extulit, laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero'.

339 dVB. 15 in.

340 dBen. VI 21.

341 Ep. 106 extr. [vid. ann. n° 100].

342 Ep. 94, 45.

343 ibid.

344 dOt. 31.

plectatur. Justum autem ponimus ubi iuste agatur oportet, et prudens quod perhibetur, ubi prudenter, et temperans ubi temperanter, et forte ubi fortiter. Nisi hoc quod conicere nos ausi sumus quid verum censes Seneccam intellexisse? Ceterum noli oblivisci habere qui unam habeat virtutem, virtutes omnes nec aliter cogitasse Senecam quam de singulis vitae partibus quando de pluribus scripserat. Quod cum ita sit, non posse non habere has quatuor virtutes quae intelleguntur, si quis velit is et esse et haberi qui sequatur naturae suae dignitatem et cuique ex eis quae dederit officia, observet,[345] censet. Nec minus quam hae virtutes, quoad ratione fiant[346] actiones pares sunt.

Quibus partim repetitis partim additis stabilitisque restat ut aliqua etiam addamus. Ad honesti igitur normam iterum iterumque actiones revocaverit quis atque accommodatas habeat oportere audimus. Nec vero minus se ipsum homo arguet et quotidie ad reddendam rationem animum vocabit.[347] En habes verba quae alibi leguntur in eandem sententiam perscripta. *Quantum*, inquit, *potes, te ipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime deprecatoris, aliquando te offende.*[348] Haec si quis faciat et sciat sibi quotidie aut adeo ad iudicem esse veniendum quin moderatior ille[349] evadat et credat monstranti qua secundum temperantiam sit, qua secundum fortitudinem, non dubitat. — Et temperantiam quidem exercendam ac probandam commendaturus *festis maxime diebus animo imperari* iubet, ut tunc voluptatibus solus abstineat cum in illas omnis turba procubuit. Quem firmitatis suae certissimum argumentum capere, si ad blanda et in luxuriam trahentia nec eat, nec abducatur. *Ceterum adeo*, inquit, *mihi placet tentare animi tui*, — est autem cum Lucilius amicus, tum alius quisque intellegendus — *firmitudinem, ut ex praecepto magnorum virorum tibi quoque praecipiam: interponas aliquot dies quibus contentus minimo ac vilissimo cibo dura ac horrida veste dicas tibi, hoc est quod timebatur.*[350] Tum vero verbis haud dissimilibus de fortitudine, *si vis*, inquit, *beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat te aliquis et te alicui stultum videri sine, quisquis volet, tibi contumeliam faciat et iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit virtus.*[351] Quaecunque praecipit, nihil agit nisi quod incitat homines ad expetendam et consequendam virtutem eisque persuadet, esse satis iam voluntatem, etiamsi progressus ad virtutem ipsam factus non sit.[352] Facile inde comprehenditur fieri ut transigendum

345 Ep. 120 med.
346 dBen. II 18.
347 dIr. III 36.
348 Ep. 27.
349 dIr. III 36.
350 Ep. 18.
351 Ep. 71.
352 Ep. 71.

utiliter tempus[353] commendet idque agendum ut ne animi tranquillitate destituamur, ut nostrum omne tempus[354] sit et ubiubi erimus, nostri simus.[355] Cuius tamen modi studium impediri maxime voluptatibus haud nescius et acerrime non nunquam in enerves istos et fractos Epicuraeos Epicuro magistro longe indignissimos invectus vetat expeti propter se ipsam voluptatem et intellegi eam accessionem quandam[356] quae habeatur[357] quidam nec vero ipsa hominem habeat.[358]

Missis denique quibus leviora reddat ac faciliora ad quae nati sumus,[359] quid superest nisi transscribere haec verba Senecae ipsius quibus philosophiam Lucilio commendat colendam eisdemque verbis hanc finire disciplinae expositionem? *Quantum autem*, inquit, *potes, in philosophiam secede, illa te sinu suo proteget, in huius sacrario eris aut tutus aut tutior. Non arietant inter se nisi in eodem ambulantes. Quin etiam ipsam philosophiam non debebis iactare. Multis fuit periculi caussa insolenter tractata et contumaciter. Vitia tibi detrahat, non alii exprobret: non abhorreat a publicis moribus: nec hoc agat ut quidquid non facit, damnare videatur.*[36]

353 Ep. 1.
354 Ep. 71.
355 Ep. 62.
356 dVB. 9 in. — 12 in. — dTranqu. 10 in. — ep. 116 m.
357 dVB. 13 ex.
358 dVB. 14 in.
359 Ep. 71. — ep. 107.
360 Ep. 103 ex.

II.

M. Aurelii Antonini disciplinam moralem quam ingrediamur tractare non minus quam supra ubi praemunientem Senecam fecimus, id ante curae est ut quot in partes partitus sit Antoninus philosophiam omnem quaeramus. Loco illo quo non solum tripartitae divisioni philosophiae eum innuisse sed etiam nomina singularum harum partium quae habuerit, edocemur,[361] si ultimam disputandi artem deprehendes, quid caussae fuisse censes nisi quod maxime proprias huius ratiocinationes esse haud nesciebat, cur inutilem[362] dialecticam Antoninum duxerit aut minus utilem et, si illis duabus partibus non multo inferiorem, paene dignam quae a se ipso respiciatur?[363] — Ab affectibus quidem nomen traxisse partem eam quam apud Senecam ab impetu dictam cognovimus ac tanquam *παθολογίαν* vicariam quodam modo philosophiae morali ipsi toti supponi nec de rebus agi aut de actionibus, non miraberis simul ac potiorem habitam moralis ipsius partem in eaque vitam tranquillam beatamque sitam esse* ex aliis verbis eius cognovisti. Sed quid bonum sit quidve malum et quid magni pretii quidve nullius, disceptetur necesse esse ac nisi coniecta cum pace iudicum aequorum prima haec pars partium ordini quasi praemunitur, suo carere[364] videri fundamento num negabitis? — Libet deni-

361 Comm. VIII 13 '*διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσης, εἰ οἷόν τε φαντασίας φυσιολογεῖν παθολογεῖν διαλεκτικεύεσθαι*'.

362 VIII 1 '— *εὗρες τὸ εὖ ζῆν. οὐκ ἐν συλλογισμοῖς* —'.

363 VII 67 '— — *ἀπήλπισας διαλεκτικὸς* — — *ἔσεσθαι* —'.

364 Sunt autem hoc fundamentum intellegenda *τὰ ἱερὰ ἐκεῖνα δόγματα* quae lib. X cap. 9 feruntur, sive *δόγματα* quae sunt *περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν* (cfr. I 9.). — Conf. etiam haec verba (cfr. VI 21.) '*ζητῶ τὴν ἀλήθειαν ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. Βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας*'. Nec vero inveniet quis veritatem quae est boni malive scientia, nisi ope dogmatum (cfr. III 11. in.)· *Ἄγνοια* autem sive ignorantia inscitiaque eorum est qui cum careant dogmatis, circa boni malive naturam errore laborant. Ac *λόγος* denique *οἷος μήποτε διαψεύσασθαι* cuius mentio fit lib. IIII cap. 33 ex., nonne et ipse iunctus est cum recta rerum aestimatione idemque situs in recto *δογμάτων* usu? Recte igitur divisa in partes tres ex nostro

* VIII 48 (*ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ ἐλευθέρα παθῶν διάνοια·*)

que proponere etiam tertiam partem per se ipsam sane maxime ad vitam pertinentem eandemque ceteris duabus, si ad vitam usumque ex Antonini ipsius indicio respicis, potiorem. Jam missam faciamus hanc de divisione disciplinae disceptationem eo consilio susceptam ut habeamus quo duce quodam ea quae apud Antoninum disperse ac quasi per satiram sicuti iam supra diximus, scripta reperiuntur, commode recteque disponamus. Etiam longius inde procedi qui optant idemque cognosci sitne uberius quibus de rebus voluerit esse partes singulas, ab ipso veluti supra a Seneca expositum, deficientibus in hanc partem verbis ipsius, operam perdi non poterunt non fateri. Tantum enim ex comparatione coniecturam eorum quae singulis partibus saltem prima et tertia continentur, capere possumus. Nihil restat nisi ut ad normam quam supra secuti sumus, et hanc disciplinam moralem accommodemus spe ducti fore ut sint quae de divisione Antoniniana praemunivimus, non magis coniecta a nobis quam nitentia fide. Singulas vero partes quam ingrediamur tractare, summum illud placitum quod tanquam firmum [365] propositum si quem deficit, vita vaga est [366] neque eis de quibus postulatur ab hominibus, satisfit, [367] quale statuerit, ante inquiramus idque ita ut primae quam proposuimus, parti disceptationem quae est de hoc summo praecepto, praefulciamus ac praemuniamus.

quidem iudicio et haec Antoniniana disciplina moralis.

365 VIIII 29 'δόγμα γὰρ αὐτῶν τίς μεταβάλλει; χωρὶς δὲ δογμάτων μεταβολῆς τί ἄλλο ἢ δουλεία στενόντων καὶ πείθεσθαι προςποιουμένων';

366 XI 21 '῟Ωι μὴ εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ τοῦ βίου σκοπός, οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται. οὐκ ἀρκεῖ δὲ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κἀκεῖνο προςθῇς, ὁποῖον εἶναι δεῖ τοῦτον τὸν σκοπόν. Ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν ὁπωςοῦν τοῖς πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐστίν, ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶνδέ τινων, τουτέστι τῶν κοινῶν· οὕτω καὶ τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσασθαι. Ὁ γὰρ εἰς τοῦτον πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀπευθύνων, πάσας τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσει, καὶ κατὰ τοῦτο ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἔσται'. — VIIII 23 '῞Ητις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφοράν, εἴτε προςεχῶς εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι καὶ στασιώδης ἐστίν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος διϊστάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας'. — II 7 'Ληροῦσι γὰρ καὶ διὰ πράξεων οἱ κεκμηκότες ἐν τῷ βίῳ καὶ μὴ ἔχοντες σκοπὸν ἐφ' ὃν πᾶσαν ὁρμὴν καὶ καθάπαξ φαντασίαν ἀπευθυνοῦσιν'.

367 II 16 'ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή — — — ὅταν πρᾶξίν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν ἐπ' οὐδένα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῇ καὶ ἀπαρακολουθήτως ὁτιοῦν ἐνεργῇ· δέον καὶ τὰ μικρότατα κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι'.

Caput primum.

Instituatur igitur disciplinae Antoninianae expositio incipiaturque ab hisce verbis. Quid ἓν illud sit quod appetere debeat, quaerenti sibi 'διάνοια', inquit, 'δικαία καὶ πράξεις κοινωνικαὶ καὶ λόγος οἷος μήποτε διαψεύσασθαι καὶ διάθεσις ἀσπαζομένη πᾶν τὸ συμβαῖνον ὡς ἀναγκαῖον, ὡς γνώριμον, ὡς 'ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης καὶ πηγῆς ῥέον'.[368] Subesse nostra quidem coniectura est his verbis, cuius scientia si quis careret, ad perfectam illam naturam quo perveniretur modo, paene comprehenderemus. Nec minus id si quem incessit cupiditas sciendi quid sit quod πράξεις κοινωνικὰς dicit, quid πᾶν τὸ συμβαῖνον sit et quot in partes intellegatur et distinguatur, coniciet. Sed tum demum perspectam habebimus hanc rem, cum quid sit κοινὸν quidve subsit huic rei, intellexerimus. Primi igitur libri aliquo capite[369] Sexti magistri ita grate memor, ut instituendi convenienter naturae vitam suam rationem se edoctum fuisse fateatur, illud quod nos volumus, tantum in universum licet circumscripserit, tamen quae natura sit et qualis, saltem hoc loco parum definivit. Necdum quidquam singillatim naturae additum invenies.[370] Definitius descriptam illam naturam qui notionem qualem sibi finxerit imperator philosophus accuratius intellegere velint, deprehendent et ubi natura cuius participes singuli homines[371] sint et quae intellegatur ab eo omnium rerum natura,[372] nominatur, et ubi eum facere apparet cogitandi initium ab humana natura.[373] Adde quod contra universae naturae rationem singulis hominibus quidquam paene accidit[374] nec quidquam cui evenit quin redundet in universam naturam.[375] Esse igitur debet eorum quibus propositum est convenienter naturae vivere, proprium convenienter utriusque

368 IIII 33 ex.

369 I 9 'παρὰ Σέξτου — — τὴν ἔννοιαν τοῦ κατὰ φύσιν ζῆν'.

370 Est autem haec φύσις vox modo sola allata (cfr. II 17. III 11 ex. 12 ex. IIII 51. V 3. 9. VI 33. VII 74. VIII 12. VIIII 31. XI 20.), modo articulo qui dicitur, magis definita (cfr. VII 56. all.)

371 II 9 'τῇ φύσει ἧς μέρος εἶ'. — II 16 'τῆς φύσεως ἧς ἐν μέρει αἱ ἑκάστου τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται'.

372 VI 9 'κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν'. — VIII 5 'κ. τ. τοῦ ὅλου φ'.

373 Accipitur autem haec natura modo 'ἡ φύσις' (VIIII 42.), modo etiam 'ἡ ἰδία φύσις' (X 33.), modo 'ἡ σὴ φύσις' (VIII 1.), modo 'ἡ ἑαυτοῦ κατασκευὴ καὶ φύσις' (VI 44.), modo 'ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις' (III 4 ex. — VIII 5.), modo denique 'ἡ ἀνθρωπικὴ φύσις' (VIII 12.) —

374 VI 58 'παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως οὐδέν σοι συμβήσεται'.

375 ibid. cap. 45 'ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει'. — cfr. V 10 'οὐδὲν συμβήσεταί μοι ὃ οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐστίν'.

naturae et humanae et universae rationi non solum studere,[376] sed vivere.[377] Haec autem verba quibus secuturum se promittit[378] naturam convenienter rationi eidemque vitae societati, quid sibi volunt? Convenienter rationi vivere nonne idem erit atque agere vitam convenienter naturae humanae, quatenus praedita ratione natura hominum habetur. Adde quod in hanc sententiam disputavit, ut quae secundum naturam sit, actio eadem secundum rationem sit[379] nec alia quam hominum actio ratione praeditorum. — Sed fuerat in medio supra relictum quid vitae societas esset. Cuius societatis notio qualis sit inde ex ipsis eis intellegitur quae ad hominum naturam praeditam ratione[380] qua innitatur primum hominum studium vitae societatis,[381] pertinent. Huc igitur spectat quod qui ratione se praeditos esse meminerint nec vitae finem seu summi boni proponant sibi oportere unquam obliviscantur, horum hanc esse cum alienis societatem, ut ad quam omnes homines destinati nascantur, censet. Quibus expositis explanatisque pergamus natura boni et mali qualis sit, inquirere.

Nec vero solum quid bonum sit, et malum quid sit, hanc in disceptationem vocabitur, verum etiam cetera sintne pretii alicuius.* Et cuius quidem pretii sint, recte tum demum aestimabimus, si quid sint ipsae, cur sint, ad quid sint quaerentibus ea quae proponunt hi, dissolvere poterimus. Sed nonnulla alia etiam antea non possumus non peragere, primum num fieri id possit ut recte quis si velit, se gerat coram deo ac debitam huic praestat *θεοσέβειαν*.[382] Quod tantum in eo videbis positum esse quod fit ut rerum recte naturam intellexerit.

Relegavimus autem quae ad *θεοσέβειαν* sicuti ad *ἀσέβειαν* illi contrarie oppositam pertinent, ad tertiam huius disciplinae partem. Tum nisi

376 II 9 '*τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμή, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποῖόντι μέρος ὁποίου τοῦ ὅλου οὖσα*'.

377 V 3 '*εὐθεῖαν πέραινε ἀκολουθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ*'.

378 V 29 '*θέλω δὲ κατὰ φύσιν τοῦ λογικοῦ καὶ κοινωνικοῦ ζώου*'.

379 VII 11 '*τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις κατὰ φύσιν ἐστί, καὶ κατὰ λόγον*'.

380 VI 14. '*Τὰ πλεῖστα ὧν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γενικώτατα ἀνάγεται — — — ὁ δὲ ψυχὴν λογικὴν καθολικὴν τιμῶν οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιστρέφεται· πρὸ ἁπάντων δὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν καὶ κινουμένην διασώζει, καὶ τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ*'.

381 VII 55 '*Τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ τὸ κοινωνικόν ἐστι*'.

382 VIIII 1.

* *ἄξιόν τι χρῆμα.*

genio,[383] quo duce homines ad naturae cognitionem pervenient? Etenim malorum bonorumve nostrorum hunc observatorem ac custodem qui sequetur, omne carebit circa rerum naturam errore.[384] Est enim ille ex divina mente mens decerpta[385] hominibus insita tanquam imago quam intuentes germanam castamque vivendi rationem magis perspicue perspicimus. Maiorem igitur qui nactus fuerit cum genio suo consensum, clarius idem intelleget quid aequum sit et iustum, bonum atque honestum, contra cuius minor fuerit cum illo consensio, inferiorem sane tenebit totius rerum naturae cognitionem. — Ita rem digestam infra habebimus, ut primum genus alterutrum quale sit, tum in species alterutrius generis inquiramus sed ita ut genus ipsum species subsequantur.

Jam vero videamus quae '*δόγματα*' habeat '*περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν*'. Et bona proponit et mala et quae neutrius generis, commendatque natura utendum in aestimando et ea quidem quasi modulo quodam quo metiamur quid bonum per se ipsum sit, quidve malum. Eadem quae secundum naturam secundum rationem cum fiant, nihil obstat, quominus quid sit bonum, ita definiamus ut ad rationem referamus nec iam quaeramus quid secundum naturam sit et contra, sed contra rationem quid sit, et secundum eam quid? Sed bonum esse unde sciat, qui quaerunt, introspiciant in mentem suam ipsi poscit.[386] Unum virtus bonum est, quae si qua reperitur, actum fuisse secundum rationem et cuius est, hunc secundum rationem egisse constat.[387] Ex universa enim virtus natura proficiscitur[388] eademque propria est animi rationalis.[389] Quam ob caussam non potest bonum illa non haberi idemque pulchrum in quo bonum nititur eatenus qua si boni notionem statuerimus, deducere notionem pulchri possumus.[390]

383 Appellatur autem genius modo isque saepissime '*ὁ* (*ἔνδον* II 17 [*ἐν τῷ στήθει* III 16]) *δαίμων*', modo '*τὸ ἡγεμονικὸν καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον*' (II 1.), modo ita ut iunctus vocabulo '*νοῦς*' (III 3. 7.) obviam fiat, modo '*νοῦς ἡγεμονικός*' (XII 14.), modo aliter.

384 III 6 '*εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ — — — μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ πρὸς ὃ ῥέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας οὐκ ἔτι ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον καὶ τὸ σὸν προτιμᾶν δυνήσῃ — —*' cfr. II 13. 14.

385 V 27 '*— — ὁ δαίμων ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ —*'.

386 VII 59 '*ἔνδον βλέπε. ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς*' — cfr. VII 3.

387 III 6 '*— κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντα — παρέχεται* (suppl. *βίος*)'.

388 XI 10 '*πᾶσαι δέ γε τέχναι τῶν κρειττόνων ἕνεκεν τὰ χείρω ποιοῦσιν. οὐκοῦν καὶ ἡ κοινὴ φύσις. καὶ δὴ ἔνθεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης, ἀπὸ δὲ ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίστανται*'.

389 XI 1 '*ἴδιον δὲ λογικῆς ψυχῆς καὶ τὸ — καὶ — κτλ*'.

390 II 1 '*τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ ὅτι καλόν —*'.

Omnia enim et cuiuscunque modi pulchra ex se ipsa pulchra eademque perfecta in se sunt. Hoc autem dixit absolutam virtutis pulchritudinem comprobaturus. Sequitur ut perfecta in se sit virtus nec igitur addi ei quidquam laude nec detrahi possit probro.[391]

Quibus igitur leviter et generatim fixis scimus quid sit quod bonum Antoninus velit esse, sed quale sit, paullulo magis inspiciendum erit. Notionem quidem virtutis tantam cum sibi formaverit,[392] ut florere eadem etiam laude dissolutam in suas partes[393] eam credat, intellegere quî factum sit ut quaecunque in vita humana accidant, eis superiorem esse omnibus ipsam voluerit,[394] haud difficile erit. Singulaeque virtutes quae fere intelleguntur, cum nihil sint nisi unius eiusdemque virtutis nomina,[395] appellari etiam per se ipsas ab eo bona non miraberis. Quarum virtutum quibus *ἀγαθή* vox convenit, tot notiones admittuntur nominibus, quot in partes vitae virtutis unius efficacitas comparet. Quam ob caussam nihil mirum quod virtutes proponit complures easdemque intellegit vera bona.[396] In quatuor autem partes quae multum licet inter se varient, tamen instituta apte nominum quaequae sunt, interpretatione, sine multo labore internoscuntur, efficax illa una virtus est, vel in quatuor potissimum notiones notio illa dissolvitur. Sunt autem haec nomina prudentia iustitia fortitudo temperantia quae qualia sint, definitior inquisitio erit.

Longe gravissimam sibi videtur, Romanus qui est, esse iustitiam quam et *δικαιοσύνην* intellegit et *δικαιότητα*. Quaedam singula quae huc

391 IIII 20 '*πᾶν τὸ καὶ ὁπωσοῦν καλὸν ἐξ ἑαυτοῦ καλόν ἐστι, καὶ ἐφ' ἑαυτὸ καταλήγει οὐκ ἔχον μέρος ἑαυτοῦ τὸν ἔπαινον. οὔτε γοῦν χεῖρον ἢ κρεῖττον γίνεται τὸ ἐπαινούμενον. Τοῦτό φημι καὶ ἐπὶ τῶν κοινότερον καλῶν λεγομένων· οἷον ἐπὶ τῶν ὑλικῶν καὶ ἐπὶ τῶν τεχνικῶν κατασκευασμάτων. Τό γε δὴ ὄντως καλὸν τίνος χρείαν ἔχει; οὐ μᾶλλον ἢ νόμος, οὐ μᾶλλον ἢ ἀλήθεια, οὐ μᾶλλον ἢ εὔνοια, ἢ αἰδώς. Τί τούτων διὰ τὸ ἐπαινεῖσθαι καλόν ἐστιν, ἢ ψεγόμενον φθείρεται; σμαράγδιον γὰρ ἑαυτοῦ χεῖρον γίνεται, ἐὰν μὴ ἐπαινῆται; κτλ*'.

392 cfr. VI 17 '— — *ἡ τῆς ἀρετῆς κίνησις — — θειότερόν τι* —'.

393 XI 2. '*ᾠδῆς ἐπιτερποῦς καὶ ὀρχήσεως καὶ παγκρατίου καταφρονήσεις ἐὰν τὴν μὲν ἐμμελῆ φωνὴν καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων καὶ καθ' ἕνα πύθῃ σεαυτοῦ, εἰ τούτου ἥττων εἶ· διατραπήσῃ γάρ ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ' ἑκάστην κίνησιν ἢ σχέσιν· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου ὅλως οὖν χωρὶς ἀρετῆς καὶ τῶν ἀπ' ἀρετῆς, μέμνησο ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος τρέχειν, καὶ τῇ διαιρέσει αὐτῶν εἰς καταφρόνησεν ἰέναι· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τὸν βίον ὅλον μετάφερε*'.

394 III 6 '*εἰ μέν τι κρεῖττον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ — — — τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου — — τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου — ἐπ' ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος τοῦ ἀρίστου εὑρισκομένου ἀπόλαυε*'·

395 X 8 '*ὀνόματα θέμενος σαυτῷ ταῦτα ἀγαθός αἰδήμων — — μήποτε μετονομάζῃ* —'.

396 V 12 '*ἀληθῶς ἀγαθά*'.

pertinent, si respicimus, rationem quam intercedere vult inter notionem unam et alteram poterimus ita definire ut dicamus subesse δικαιοσύνῃ quae quidem nec vero solum ad animum potissimum spectet, δικαιότητα ipsam quam esse legimus καταλήγουσαν ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι ὡς τοῦτό σοι κατὰ φύσιν ὄν.[397] Definiri autem ab eo τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι quod oportet homines appetant summum, modo quis meminerit, haud difficulter intelleget quî factum sit ut inclinari in δικαιοσύνην, ut cui non videat virtutem repugnantem vel dicamus temperantem, [398] humanam dicat naturam omnem Antoninus.[399] Etiam duae aliae virtutes similes δικαιοσύνῃ perhibentur, quae tanquam altera pars eius non minus quam haec δικαιοσύνη ipsa insitae humanae naturae sunt.[400] Sunt enim haec nomina sanctitas et religio in eoque vis ac potestas earum consistit quod quis amat quae divinitus eveniunt.[401] Hae virtutes quam multum valeant ac vitam humanam et quanto opere cohaereant cum eo quod finis vitae summus supra propositum est, ex hisce intellegas. 'Καὶ γὰρ' inquit 'ἐν εἴδει ἐστὶ τῆς εὐκοινωνησίας, μᾶλλον δὲ πρεσβυτέρα τῶν δικαιοπραγημάτων'.[402] Sed natura utriusque virtutis qualis sit, ut duobus verbis denotemus, eandem dicemus δικαιοσύνην inter et ὁσιότητα intercedere rationem atque inter τὴν πρὸς ἀνθρώπους οἰκείωσιν et τὴν τοῖς θεοῖς ἀκολουθίαν.[403]

Justitiam p r u d e n t i a excipit. Modo autem φρόνησις ab eo, modo ἀλήθεια nominatur[404] eaque ita ut cum in veritate sita sit, ad φρόνησιν respiciat eiusque in locum substituta pro φρόνησις voce usurpetur.[405] Vim vero prudentiae ac potestatem in eo ponit, ne temere assentiamur neve fallamur opinione sive ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σου μηκέτι ἐγγένηται ἀνακόλουθος τῇ φύσει καὶ τῇ τοῦ λογικοῦ ζώου κατασκευῇ.[406] Ad prudentiam spectant haec veluti ἀπρόπτωτον εἶναι, ἀδιάψευστον[407] quibus contraria eademque absentem φρόνησιν arguentia haecce obviam fiunt veluti εὐεξαπάτητον καὶ προπτωτικὸν καὶ μεταπτωτικὸν εἶναι.[408]

397 VIIII 31.

398 VIII 39 'δικαιοσύνης κατεξαναστατικὴν ἀρετὴν οὐχ ὁρῶ ἐν τῇ τοῦ λογικοῦ ζώου κατασκευῇ· ἡδονῆς δὲ ὁρῶ τὴν ἐγκράτειαν'.

399 VII 28 'φύσιν ἔχει τὸ λογικὸν ἡγεμονικὸν ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνην ἔχοντι'.

400 XI 20 'πρὸς ὁσιότητα γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκεύασται οὐχ ἧττον ἢ πρὸς δικαιοσύνην'.

401 XII 1. '— — ὁσιότητα μὲν ἵνα φιλῇς τὸ ἀπονεμόμενον'.

402 XI 20.

403 III 9.

404 V 9. 12.

405 III 6.

406 III 9.

407 IIII 49.

408 XI 10.

Quanti quidem hanc virtutem quamque magni aestimaverit, ex eo coniecturam capias quod praedicat ἐν πολλοῦ ἄξιον τὸ μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης εὐμενῆ τοῖς ψεύσταις καὶ ἀδίκοις διαβιοῦν.'[409] Cuius igitur εὐμένεια comes est[410] cuius ope fiat ut maiorem comitatem animi ac mansuetudinem nanciscamur.

Tertia temperantia nominatur.[411] Σώφρονι quidem ἔμφρων prope similis est.[412]

Quartum denique nomen fortitudo sive ἀνδρεία[413] intellegitur. Positam in hac virtute quam vocat, si velis quae oxoriantur vel extra compareant,[414] respicere, libertatem[415] habet sive τὴν ἀταραξίαν περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβαίνοντα[416] et τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις.[417] Unde facile notionem ac naturam fortitudinis qualem sibi Antoninus finxerit, intelliges.

Haec nomina si quando sub uno unius virtutis quasi conspectu quodam atque in uno homine comprehensa fingere velles, huius modi hominem appellares perfectum sane eiusdemque propriam αὐτάρκειαν.[418]

Ab altera parte tanquam rationis neglegens vitium proponitur. Quod contrarie virtuti oppositum verum malum idemque turpe[419] est quatenus mali notio ex turpi efficitur.[420] Sed si paucis velimus illa comprehendere, ita disputamus ut, nisi quod simul honestum est, bonum negemus esse, aut malum nisi quod simul turpe. Verbis vero Antonini ipsius natura boni malive quo cognosci modo possit qui velint scire ad haecce relegari se patiantur quibus omnis circa boni malive naturam Antoninianam error non averti non poterit. 'ὡς οὐδενὸς μὲν ἀγαθοῦ ὄντος ἀνθρώπῳ ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον σώφρονα ἀνδρεῖον ἐλεύθερον, οὐδενὸς δὲ κακοῦ ὃ οὐχὶ ποιεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις'.[421] Hanc quidem discrepantiam notionum eandemque hanc vim ac potestatem illarum teneas respuasque contrarias opiniones tanquam ineptas alienas falsas.[422] Fieri tamen ut voluptatem bonum existiment, nisi qui cavillationum ope rationem vitae velint prorsus

409 VI 47.
410 VII 63.
411 V 12. III 6.
412 IIII 39.
413 III 6. V 12.
414 XI 2. 'τὸ ἐπ' ἀρετῆς'.
415 V 9. VIII 1.
416 VIIII 31.
417 VII 55.
418 III 6. 11.
419 XI 18 7 'μόνον τὸ αἰσχρὸν κακόν'.
420 II 1 'τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν — τοῦ κακοῦ ὅτι αἰσχρόν —'.
421 VIII 1.
422 VI 51 'ἐὰν δὲ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κρίνωμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται, οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι, οὔτε πρὸς ἄνθρωπον στῆναι στάσιν πολεμίου'.

invertere,[423] haud ita facile poterit, utpote quae ne utile quidem, nedum bonum sit.[424] Si voluptas non bonum est, in dolore quid erit mali.[425] In quo nihilo magis quam in voluptate. Namque is cum extra accidat neque ad animum usque penetret,[426] nisi corporaliter, non sentitur. Igitur mala quae intellegentur ad animum solummodo spectant et intus sunt inque mente hominis vitii sedes est.[427] Ceterum plane ex eo demum quo quae dicta ibidem sunt, sese excipiunt, ordine intellegitur vitii natura. Denique partem bonos esse homines, partem malos, nullo inde quod a peioribus meliora[428] solet internoscere, labore enucleatur. — Quibus expositis unicum vitium malum esse constat nec mundo universo id aut singulis hominibus nocere, sed soli ei cuius sit efficere[429] si velit ut liberatus eo evadet nec quoquam magis ab altera parte virtutem prodesse nisi ei qui suam fecit et cuius facta est.

Sequitur quaestio quot in partes actae turpitur vitae dispici possit vel quot qualiaque nomina contrarie virtutibus opponantur. Namque esse suum cuique vitio et ipsi nomen non negabis.

Et in eis quidem quae contraria iustitiae et sanctitati offenduntur, Antoninum videbis plurimum versari. Qui enim nos sumus praediti ratione quae ex natura eademque ex ratione universa excerpta sit, in unius corporis propinquitatem coaluisse nos itaque non partes (*μέρη*) tantum, verum etiam membra (*μέλη*) naturae esse[430] cum sibi persuasisset, non potuit facere quin, contra homines qui ageret, iniuste agentem eiusque actionem iniuriae (*ἀδικίᾳ*) haud dissimilem putaret ac contra naturam qui ageret, scelerate agere eiusque actionem scelus (*ὕβρις*) coargueret. Vulgaris iudicii ex quo circa commissam tantum modo rem iniustitia ali-

423 V 9 '*μέμνησο δὲ, ὅτι φιλοσοφία μόνα θέλει ἃ ἡ φύσις σου θέλει· σὺ δὲ ἄλλο ἤθελες οὐ κατὰ φύσιν. — Τί γὰρ τούτων προσηνέστερον; — Ἡ γὰρ ἡδονὴ οὐχὶ διὰ τοῦτο σφάλλει;*

424 VIII 10 '— *οὔτε ἄρα χρήσιμον οὔτε ἀγαθὸν ἡδονή*'.

425 Est autem haec eius argumentatio (VI 33) '*οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρί, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ ποὺς τὰ τοῦ ποδός, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. οὕτως οὖν οὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ φύσιν ἐστὶν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. Εἰ δὲ παρὰ φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ*'.

426 VIII 28 '*ὁ πόνος ἤτοι τῷ σώματι κακόν· οὐκοῦν ἀποφαινέσθω· ἢ τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ἔξεστιν αὐτῇ, τὴν ἰδίαν αἰθρίαν καὶ γαλήνην διαφυλάσσειν — —*'

427 V 36 '*κακὸν γὰρ ἔθος*'.

428 X 33 ex. et saepius.

429 VIII 55 '*γενικῶς μὲν ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον, ἡ δὲ κατὰ μέρος οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον. Μόνῳ δὲ βλαβερά ἐστι τούτῳ ᾧ ἐπιτέτραπται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, ὁπόταν πρῶτον οὗτος θελήσῃ*'.

430 VII 13.

qua versetur iniusteque solum is agat qui committat,[431] morem talem aversatus ita disputat ut circa omissam quoque rem versari iniustitiam iniusteque agere etiam qui non faciat[432] scilicet quod debet facere commoneat. Par impietati scelus habet, ut quod contra vetustissimum ex diis committatur.[433] Ad iniustitiam quae universe loquendo valent, valent ad ea quae possint iniuste factorum in numero existimari. — Iniustitia in mendacitatem ubi abierit, ab eo quidem qui voluntarie mentitur distinguendum censet[434] qui invite, verum ita iudicandum ut unus aeque atque alter egerint impie.[435] Etenim qui mentitur, ille non minus impius est, neque augetur haec impietas nec diminuitur.

Proficisci ceteras virtutes uti ex iustitia dixerat, sic vitia eruit ex iniustitia. Quamquam debito minus satis quae huc pertinere putabis, cum enucleata sint, fit ut optato minus cetera nomina possimus dispicere nec de eis quantumvis volumus, tractare.[436] Tantum enumerari cuius intererit?

Quibus peractis exceptis virtute et vitio cetera quae eveniunt eaque hominibus improbis perinde ac probis accidere[437] possunt eademque nec ad bona referri neque ad malum possunt, hoc est extra voluntatem nostram sita sunt,[438] et ipsa neutrius generis nec bona sunt nec mala. Indifferentia[439] vocat sive media,[440] Illud igitur τὸ ἡγεμο-

431 VII 37.

432 VIIII 5.

433 VIIII 1 'ὁ τὸ βούλημα ταύτης (suppl. τῆς τῶν ὅλων φύσεως) παραβαίνων ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς τὴν πρεσβυτάτην τῶν θεῶν'.

434 VIIII 1 'ὁ μὲν οὖν ἑκὼν ψευδόμενος ἀσεβεῖ καθόσον ἐξαπατῶν ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἄκων καθόσον διαφωνεῖ τῇ τῶν ὅλων φύσει, καὶ καθόσον ἀκοσμεῖ, μάχεται τῇ τοῦ κόσμου φύσει· μάχεται γὰρ ὁ ἐπὶ τἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος παρ᾽ ἑαυτόν· ἀφορμὰς γὰρ προειλήφει παρὰ τοῖς φύσεως ὧν ἀμελήσας οὐχ οἷός τε ἐστι νῦν διακρίνειν τὰ ψευδῆ ἀπὸ τῶν ἀληθῶν'.

435 II 16 'ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ — — — ὅταν ὑποκρίνηται καὶ ἐπιπλάστως καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ ἢ λέγῃ'.

436 Nominantur autem etiam haec ἀδικήματα (XI 20 ex.), δειλία (κακόν XI 18, 4. 7.) ἀκολασία (II 10.) seu ἀκολάστημα (XI 20 ex.). —

437 II 11 'τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυρμένως συμβαίνει'. — IIII 39 'τουτέστι κρινέτω μήτε κακόν τι εἶναι, μήτε ἀγαθόν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ συμβαίνειν'. — VIIII 1 '— — τῇ κοινῇ φύσει ὡς παρ᾽ ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς φαύλοις καὶ τοῖς σπουδαίοις'.

438 XII 3 '— ὅσα τοῦ περικειμένου σοι σωματίου ἢ τοῦ συμφύτου πνευματίου ἀπροαίρετα πρόσεστιν —'

439 cfr. VI 32 (bis).

440 cfr. τὰ μέσα III 11 ex. VI 45.

γικόν quasi ducem quendam si quis sequitur, sicuti nunquam circa bonum malumve errat, ita sufficit genius ut huius de mediis rebus iudicii veritas nitatur eius in fide atque auctoritate. Imprimis vero comprobantur quae in hanc partem disputata legis, ex ratione naturae tanquam moduli quo quanti pretii res sint, aestimetur. [441] Jam vero in res ipsas inquiramus idque in universum. Quae quidem accedunt eis quae naturaliter cedunt, his aliquid licet insit dulcedinis atque iucunditatis, [442] tamen si bonum quoddam subesse sint qui arbitrentur, periculum haud minimum est ne contra deum peccent. [443] Bona enim esse contendenti '*ἀνάγκη*' inquit, '*κατὰ τὴν περίπτωσιν τοῦ τοιούτου κακοῦ ἢ τὴν ἀπότευξιν τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ μέμψασθαί σε θεοῖς, καὶ ἀνθρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας ἢ ὑποπτευομένους ἔσεσθαι τῆς ἀποτεύξεως ἢ τῆς περιπτώσεως.*' [444] Haec Antoninus. Est autem nulla alia res quam *ἡ πρὸς ταῦτα διαφορά* unde efficiat notionem *τῶν ἀδιαφόρων* eaque ipsa magis diversa inter se existimat quam qui eorum paritatem concedat. Ea *ἀδιάφορα* quae ad corpus pertinent [445] bona esse aut mala negat, verum ea quae ad animum spectant, ita ponderari censet, ut ab eis *ὅσα μή ἐστιν αὐτῆς ἐνεργήματα* internoscantur *ὅσα αὐτῆς ἐστιν ἐνεργήματα.* '*Ταῦτα*' enim, inquit, '*πάντα ἐπ' αὐτῇ ἐστιν καὶ τούτων μέντοι ἃ περὶ μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται. τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρῳχηκότα ἐνεργήματα αὐτῆς καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα*'. Qui ea facultate sit, ut haec inter et illa quae intercedat ratio, recte exponat, solum is abesse persuasum habet periculum ne agat iniuste contra deos unquam. [446] Alia enunciata huius modi eandem in sententiam interpretaberis. Comprobandi denique enucleandique *τῷ σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα* studio deditus caduca quam sint, quam vilia quae etiam cinaedo scorto latroni in possessionem cedere possint, commonefacit consilii inopes et inscios. [447]

In rebus mediis quas dixit, mortem et vitam imprimis numerat, famam et infamiam dolorem et voluptatem divitias et paupertatem. [448]

441 IIII 39 '*ὃ γὰρ [τῷ τε παρὰ φύσιν] καὶ τῷ κατὰ φύσιν βιοῦντι ἐπίσης συμβαίνει, τοῦτο οὔτε κατὰ φύσιν ἐστίν, οὔτε παρὰ φύσιν*'.

442 III 2 '*χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν ὅτι καὶ τὰ ἐπιγενόμενα τοῖς φύσει γινομένοις ἔχει τι εὔχαρι καὶ ἐπαγωγόν*'.

443 VIII 1.

444 VI 41.

445 VI 32.

446 XI 10 '*οὐ γὰρ τηρηθήσεται τὸ δίκαιον, ἐὰν ἤτοι διαφερώμεθα πρὸς τὰ μέσα, ἢ — — κτλ*'.

447 V 10 '*τὰ ὑποκείμενα ὡς ὀλιγόχρονα καὶ εὐτελῆ καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναίδου ἢ πόρνης ἢ λῃστοῦ εἶναι*'.

448 II 11 '*θάνατος δέ γε καὶ ζωὴ δόξα καὶ ἀδοξία πόνος καὶ ἡδονὴ πλοῦτος καὶ πενία πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγα-*

Quae nomina per se ipsa cum nihil probent, aut non probent unde factum putemus ut comprobaverit media esse, paullulum inspiciendum esse censemus.

Vitam quidem bonum esse ac mortem malum opinio est levius aestimantium. Quod Antoninus tantum abest ut concedat, ut nec bonum vitam esse nec malum mortem velit. Etenim cuncta illa in vita humana offusa sunt fragilitate atque infirmitate caligine ac sorde, tanto materiae temporis motuum motarumque rerum fluxu, omnia fere studia humana plenissima vanitatis atque inanitatis,[449] tanto in hac cogitatione defixus est opere, ut nihil vitam esse dixerit nisi militiam et hospitis in peregrino moram.[450] Huc spectat mire dictum aliquid Antonini Caesareo illi si contractiorem loquendi rationem respicias, haud dissimile, verum sensum si spectes, alienum idemque aptum unde efficiatur quam submisse de vita cogitaverit.[451] Etiam alia accedunt. Huius quidem vitae spatium per quot molestias, cum quibus hominibus, in quali corpusculo exantlatum qui intellexerint, tum temporis praeteriti immensitatem, denique futuri infinitatem,[452] num quid caussae est cur eo qui tres dies vixerat, feliciorem praedicent eum qui saecula tria transegerat, et brevi vita longam meliorem, nec negent vitam ipsam bonum esse et fumum humana omnia atque evanida vilia contemnenda sordida caduca mortua?[453] Et quot

θοῖς καὶ τοῖς κακοῖς οὔτε καλὰ ὄντα οὔτε αἰσχρά. Οὔτ' ἄρ' ἀγαθά οὔτε κακά ἐστι'.

449 V 10 *'ἐν τοιούτῳ οὖν ζόφῳ καὶ ῥύπῳ καὶ τοσαύτῃ ῥύσει τῆς τε οὐσίας καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς κινήσεως καὶ τῶν κινουμένων τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι ἢ τὸ ὅλως σπουδασθῆναι δυνάμενον οὐδ' ἐπινοῶ'.*

450 II 17 *'ὁ δὲ βίος πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία'.*

451 III 3 *'τί ταῦτα; ἐνέβης ἔπλευσας κατήχθης·*

452 IIII 50 *'ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα καὶ τοῦτο δι' ὅσων καὶ μεθ' οἵων ἐξαντλούμενον καὶ ἐν οἵῳ σωματίῳ μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα — — βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ ἀχανὲς τοῦ αἰῶνος καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον. Ἐν δὴ τούτῳ τί διαφέρει ὁ τριήμερος τοῦ τριγερηνίου;'*

453 II 12 *'πῶς πάντα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲν κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δὲ αἰῶνι αἱ μνῆμαι αὐτῶν — — πῶς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητα καὶ ῥυπαρά καὶ εὔφθαρτα καὶ νεκρά, νοερᾶς δυνάμεως ἐφιστάναι'.* — VII 19 *'διὰ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας ὡς διὰ χειμάῤῥου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα τῷ ὅλῳ συμφυῆ καὶ συνεργὰ ὡς τὰ ἡμέτερα μέρη ἀλλήλοις. Πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους Ἐπικτήτους καταπέπωκε;'* — X 31 *'οὕτως γὰρ συνεχῶς θεάσῃ τὰ ἀνθρώπινα καπνὸν καὶ τὸ μηδέν.* — XII 27 *'ποῦ νῦν πάντα ἐκεῖνα; καπνὸς καὶ σποδὸς καὶ μῦθος ἢ οὐδὲ μῦθος'.* — IIII 48 *'τὸ γὰρ ὅλον; κατιδεῖν ἀεὶ τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα καὶ εὐτελῆ· καὶ ἐχθὲς μὲν μυξάριον, αὔριον δὲ τάριχος ἢ τέφρα'.* — ibid. 43 *'ποταμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰών. ἅμα τε γὰρ ὤφθη ἕκαστον καὶ παρενήνεκται καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται'.* — ibid. 33 *'ἔξίτηλα γὰρ πάντα καὶ μυθώδη ταχὺ γί-*

medici sint mortui qui saepe supercilia propter aegrotos contraxerunt, quot mathematici qui aliorum mortem tanquam magni aliquid praedixerunt, quot philosophi qui de morte et immortalitate sexcenta prodidere, quot viri fortissimi qui multos interfecere, quot domini qui aliorum arbitrio sunt immenso cum fastu veluti immortales abusi, quot etiam urbes integrae ut ita dicam, mortuae sint Helice Pompeii Herculanum aliaeque innumerabiles, quot quos ipse novisti certo quodam ordine, postquam alium alius sepelivit, elati sint et brevi quidem tempore [454] — tu si haec omnia respexeris, sic enim se ipsum quaesivit — nonne lubentissime ad ea quae hucusque allata sunt, accedes? Quamquam cave putes obiter et ita accepisse Antoninum militiam, ut malum haberi eam voluerit nec pretii ac gravitatis maioris quam pro simplici militiae notione continere in se quidquam. Nec enim minimam militiae, sed tantam sibi finxerat opinionem, ut haberet militiam experimentum virtutis efficiendae et spectandae. Adde quod peracta turpiter vita [455] magis quam mors timenda est. Virtutis demum accessione fit ut sit digna quae petatur, vita ut cuius ope ad aliud quiddam maius spectetur, ita ut appropinquante morte neminem piguerit vitae suae peractae. [456]

At vero Antoninus si ita disputaverat ut vitam turpiter actam magis quam mortem timendam censeret, numquid erit caussae cur mortem per se ipsam timeamus? Id si est, mors malum est. Nam malum timendum est. Contra minime malum mortem esse nec minus quam vitam bonum, quia nec turpe etiamque a voluntate hominum alienum nec communis societatis contrarium. [457] Definit autem mortem, ut dicat esse eam *ἀναπαῦλαν αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας καὶ ὁρμητικῆς νευροσπαστείας καὶ*

νεται· ταχὺ δὲ καὶ παντελὴς λήθη κατέχωσεν. καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν θαυμαστῶς πως λαμψάντων. Οὐ γὰρ λοιποὶ ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι ἄϊστοι ἄπυστοι. Τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλως τὸ ἀείμνηστον; ὅλον κενόν'.

454 IIII 48 '*ἐννοεῖν συνεχῶς πόσοι μὲν ἰατροὶ ἀποτεθνήκασι, πολλάκις τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τῶν ἀῤῥώστων συσπάσαντες· πόσοι δὲ μαθηματικοὶ ἄλλων θανάτους ὥς τι μέγα προειπόντες· πόσοι δὲ φιλόσοφοι περὶ θανάτου ἢ ἀθανασίας μυρία διατεινάμενοι· πόσοι δὲ ἀριστεῖς πολλοὺς ἀποκτείναντες· πόσοι δὲ τύραννοι ἐξουσίᾳ ψυχῶν μετὰ δεινοῦ φρυάγματος ὡς ἀθάνατοι κεχρημένοι· πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι ἵν' οὕτως εἴπω, τεθνήκασιν Ἑλίκη καὶ Πομπήϊοι καὶ Ἡρκλάνον καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. Ἔπιθι δὲ καὶ ὅσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ· ὁ μὲν τοῦτον κηδεύσας, εἶτα ἐξετάθη, ὁ δὲ ἐκεῖνον· πάντα δὲ ἐν βραχεῖ'.*

455 XII 1.

456 II 5 '*ὁρᾷς πῶς ὀλίγα ἐστὶν ὧν κρατήσας τις δύναται εὔρουν καὶ θεουδῆ βιῶσαι βίον, καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτήσουσι παρὰ τοῦ ταῦτα φυλλάσσοντος*'. — V 29 '*ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ οὕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν*'.

457 XII 23 '*ἡ οὖν κατάπαυσις τοῦ βίου ἑκάστῳ οὐ κακὸν μέν, ὅτι*

διανοητικῆς διεξόδου καὶ τῆς πρὸς τὴν σάρκα λειτουργίας.[458] Itaque mortem si quis ipsam per se solam intueatur cogitationeque submoverit ea omnia quibus tanquam larvis horrendis instructa se obicit, nihil aliud esse comperiet quam opus naturae, opus autem naturae ullum quisquis expavescit, puer est.[459] Namque actionis cessatio appetitus opinationisque quies et quasi mors nihil mali; descende ad aetatem puerilem iuvenilem senilem. Quid? omnis harum aetatum mutatio mors, numquid mali? Descende etiam ad vitam sub avo tum sub matre mox sub patre actam et ubi multas alias inveneris ex te quaeras numquid insit eis mali. Neque igitur totius vitae finis cessatio ac mutatio habet mali quidquam.[460]

Porro f a m a et i n f a m i a mediae res quin sint,[461] nude eas ubi conspicies,[462] num addubitabis?

Idem ad v o l u p t a t e m et d o l o r e m quod ad vitam et mortem, ad famam et infamiam, valet nec bonum voluptas est nec malum dolor. Est autem haec de voluptate argumentatio Antonini. '*Τὸ δὲ ἀγαθὸν*' inquit '*χρήσιμόν τι δεῖ εἶναι καὶ ἐπιμελητέον αὐτοῦ τῷ καλῷ κἀγαθῷ ἀνδρί· οὐδεὶς δ' ἂν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μετανοήσειεν ἐπὶ τῷ ἡδονήν τινα παρειϰέναι· οὔτε ἄρα*, haec est ratio, *χρήσιμον οὔτε ἀγαθὸν ἡδονή*'.[463] Igitur non bonum voluptas est. Nec inepta haec verba putamus esse quibus quae in media supra inquisita sunt ac fixa, fiant clariora etiam eademque dubio omni certiora. — Dolor quidem qui cum

οὐδὲ αἰσχρόν· εἴπερ καὶ ἀπροαίρετον καὶ οὐκ ἀκοινώνητον'.

458 VI 28.

459 II 12 '*τί ἐστι τὸ ἀποθανεῖν, καὶ ὅτι ἐάν τις αὐτὸ μόνον εἰδῇ καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ οὐκέτι ἄλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι ἢ φύσεως ἔργον· φύσεως δὲ ἔργον εἴτις φοβεῖται, παιδίον ἐστί*. — IIII 5 '*ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις, φύσεως μυστήριον· σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων [καὶ διάκρισις] εἰς ταὐτά. ὅλως δὲ οὐκ ἐφ' ᾧ ἄν τις αἰσχυνθείη· οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἑξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παρασκευῆς*'. — VIIII 3 '*(θανάτου —) ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος ὧν ἡ φύσις ἐθέλει. οἷον γάρ ἐστι — — — τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσι, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι*'.

460 VIIII 21 '*ἐνεργείας ἀπόληξις, ὁρμῆς [καὶ] ὑπολήψεως παῦλα καὶ οἷον θάνατος οὐδὲν κακόν. Μέτιθι νῦν ἐπὶ ἡλικίαν οἷον τὴν παιδικήν, τὴν τοῦ μειρακίου, τὴν νεότητα, τὸ γῆρας· καὶ γὰρ τούτων πᾶσα μεταβολὴ θάνατος. Μήτι δεινόν; μέτιθι νῦν ἐπὶ βίον τὸν ὑπὸ τῷ πάππῳ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῇ μητρί, εἶτα τὸν ὑπὸ τῷ πατρί· καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς διαφορὰς καὶ μεταβολὰς καὶ ἀπολήξεις εὑρίσκων, ἐπερώτα σεαυτόν. Μήτι δεινόν; οὕτως τοίνυν οὐδὲ ἡ τοῦ ὅλου βίου λῆξις καὶ παῦλα καὶ μεταβολή*'.

461 II 17 '*ἡ δὲ φήμη ἄκριτον — — — ἡ ὑστεροφημία λήθη*'.

462 XII 8 '*γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀναφορὰς τῶν πράξεων· — — — τί δόξα*'.

463 VIII 10.

corporis partes laedat, nec *διάνοιαν* possit, neque *ἡγεμονικὸν* perturbare, et ipse in eis est *ὅσα μή ἐστι τῆς διανοίας ἐνεργήματα.*[464]

Restat ut de divitiis et de paupertate quid senserit, quaeramus? Quae tamen inprimis de vita et de morte diximus, cum non aliena sint ab eis quae huc spectent et facilis sit ad illa transitus, uberius loqui de divitiis aut de paupertate operae pretium non habuimus.

Denique alios quoque homines eorundemque mentem ac voluntatem quod nonnunquam in mediis numerat,[465] mirandum sane esset, nisi cohaerentia haec verba cum regressu cuique homini in se faciendo commonito et mandato esse eoque mitiora ignoraremus.

Alterum caput.

Jam vero instituatur disceptatio de affectibus seu expositio *παθολογίας* quam vocavit. Cum Stoicis quidem Antonini quaecunque erat aliis ex partibus dissensio, in tractanda hac philosophiae moralis parte eum id egisse ut eandem prope quam Stoici illius aetatis solebant, consuetudinem dividendi secutus praecepta quoque quae illuc pertinent, adiungeret *τῇ παθολογίᾳ*, non negamus neque eam tantum circa id velle versari ut qualis natura affectuum sit eademque qualis unius affectus cum altero cognatio, exponat, verum etiam in eo verti ut quaerat qui fiat ut evadant homines affectibus superiores vel immunes.

Est proprium hoc *σωφροσύνης* virtutis cuius vis quanta sit, hac parte illustrabitur. Et summi quidem illius finis quem similem ei habet quod vult philosophia,[466] memores minus necessarium cum duxerimus ut inter humanam naturam et universam ecqua intercedat ratio,[467] exponamus, iam quaeramus quid sit sequi naturam et quid huius actae secundum naturam vitae contrarium perhibeatur, vel aliis verbis ut utamur, quis sit qui vivat *ὁμολογουμένως τῇ φύσει,*[468] quis qui non vivat. Ex-

464 VII 33.

465 V 20 '*καθ' ὅσον — ἐνίστανταί τινες εἰς τὰ οἰκεῖα ἔργα ἕν τι τῶν ἀδιαφόρων μοι γίνεται ὁ ἄνθρωπος οὐχ ἧσσον ἢ ἥλιος ἢ ἄνεμος ἢ θηρίον*'. — VIII 56 '*τῷ ἐμῷ προαιρετικῷ τὸ τοῦ πλησίον προαιρετικὸν ἐπίσης ἀδιάφορόν ἐστιν, ὡς καὶ τὸ πνευμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ σαρκίδιον*'.

466 VI 30 '*ἀγώνισαι ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλοσοφία*'.

467 II 9 '*πῶς ἡ ἐμὴ φύσις πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἔχουσα καὶ ὁποῖόν τι μέρος ὁποίου τοῦ ὅλου οὖσα*'.

468 III 4.

cipi quidem illam priorem partem hac altera, inde intellegas quod, nisi ope dogmatum de bono et de malo [469] et dogmatum quidem qualia sunt quae ipse statuit et quibus quasi modulo metiri alienorum hominum de eisdem dogmata non dubitat, [470] nullo modo potest quisquam vivere secundum naturam. Itaque boni malive naturam qui minus edoctus fuerit, expositum hunc arbitratur omnibus quaecunque aliunde eveniunt. Namque rerum natura qualis sit, tantum abest ut cognoscere hic studeat, ut specie earum capiatur hac opinione ductus nihil referre utrum quanti soleant res aestimari, sciamus an quanti sint per se ipsae eaedemque quanti sint habendae ac pendendae. Nec fieri potest quin decrescat sensim hac facultate ut iudicium de rerum natura ferat et a vero bono aberrans prolabatur ad putanda pro bonis vilia. Quod tamen si acciderit, actum de iudicio eius ac libertate erit. [471] Praeter virtutem enim etiam alia si amas, nondum vel dicamus non iam es liber nec tutus a periculo ne neglegas rationem qua duce [472] si utimur fit ut valeamus ad recta iudicia. Nec tantum opinionibus tum laborabimus, verum etiam motibus qui subsequuntur quos motus cum fore ut ipsis usque uti possimus, quid exiguum spei sit, sed aliquamdiu delectent [473] et si sunt qui indulgeant eis, turpes reddant, onera [474] nominat et quos tanquam iudicii expertes nihil aliud putavit quam quibus qui inibi est ut a natura deficiat, [475] commoneatur. Contrarie autem naturae hi motus opponuntur, sed admittuntur libero arbitrio hominum itaque sua cuiusque culpa [476] fit ubi non sequitur naturam ducem. Nomina quidem motuum compluria obviam fiunt apud Antoninum perscripta de quibus iam fiat disputatio. Sunt autem enodanda haec *αἴσθησις πεῖσις πάθος ὁρμή* alia. In naturalem videlicet partem eamque in partem quae est tota ad animi naturam efficta atque accommodata in eademque quae prope eis accedunt ne prolabamur, est leve periculum nec quod possit effugi. Constat quidem humana natura

469 VIII 1 '*τὸ εὖ ζῆν — ποῦ οὖν ἐστιν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις· πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐὰν δόγματα ἔχῃ ἀφ' ὧν αἱ πράξεις. Τίνα δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν* — —'

470 VIII 14 '*ᾧ ἂν ἐντυγχάνῃς, εὐθὺς σεαυτῷ πρόλεγε· οὗτος τίνα δόγματα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν;*'

471 VI 16 '*οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ κτλ*'.

472 *ὁ αἱρῶν λόγος* (II 5).

473 III 4 '*καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων*'.

474 *αἱ ὀχλήσεις* (IIII 3. VI 52. XI 18 7.).

475 XI 20 ex. '*ἡ γὰρ ἐπὶ* — — — *κίνησις οὐδὲν ἄλλο ἐστιν ἢ ἀφισταμένου τῆς φύσεως*'.

476 I 17 '*(ὥστε)* — — *ἀπολείπεσθαι δὲ ἔτι τούτου* (suppl. *τοῦ κατὰ φύσιν ζῆν*) *παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν*'. — cfr. VII 63. 71.

duabus ex partibus quarum ab una parte τὸ ὑλικόν, τὸ αἰτιῶδες ab altera est,[477] et complectitur τὸ αἰτιῶδες quidem ψυχὴν simul ac νοῦν, verum τὸ ὑλικὸν τὸ σῶμα[478] est vel ἡ σάρξ quae par τῷ σώματι significatione usurpatur.[479] Σώματος igitur αἰσθήσεις sunt, ψυχῆς ὁρμαί, νοῦ denique, ut qui sit intellegens idemque rerum quae ὑπὸ τοῦ λόγου datae sunt, ad orationis leges exigendarum scientiam formans, δόγματα.[480] Sensus quidem hominis dum visorum impulsione afficiuntur (αἰσθήσεις), fit efficientibus opinionibus — his enim ὁ νοῦς inficit sive τὸ ἡγεμονικόν —, ut motus (κινήσεις)[481] existant qui corporales[482] quidem potissimum licet habeantur vel percipiantur, tamen etiam animo[483] possunt concipi quorum naturae parva[484] non est dubium quin sit cum corporalibus motibus cognatio. Sed ut ad motus ex opinionibus possit transiri, debet consensus (συγκατάθεσις)[485] antecedere. Tum vero demum cum consensus fit, sinit ὁ νοῦς fieri ut moveatur homo seu motus exoriantur isti inimicissimi eidemque comminantes fore ut invertant eum, nisi defugiuntur abiectis cuiuscuius modi opinionibus. Dum vero gliscit etiam motus aut ἡ ὄρεξις[486] in anima, si quidem quasi de bono opinio fuerat, orta est, aut ἡ ἔκκλισις[487] si quidem quasi de malo opinio quarum in illa una potissimum sunt ὁρμαὶ sitae quas ab Antonino animae proprias existimatas modo monuimus. Igitur adhortantes ὁρμαὶ dehortantes sunt, sive suadentes eae nec dissuadentes. Ortae vero ex anima ipsa intelleguntur, non ex illo in animam affectionum ingressu quem εἴσοδον πρὸς ψυχὴν appellat et quem quis factum esse nescimus an arbitretur visorum mediorum impulsione.[488] His mediis quamquam impellimur, non est tamen cur istae ὁρμαὶ protenus existant, ut quae nisi propensa anima aut aliena promoveantur et nullae sint exstinctis aut prono animae aut alieno ha-

477 V 13 'ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ συνέστηκα' — cfr. VIIII 25.

478 III 16. II 2.

479 V 26 '— τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως —.'

480 III 16. Liceat quae dicta sunt explicandi caussa efficta hoc exemplo proponi:

ἄνθρωπος

σῶμα (σάρξ) — ψυχή

ψυχή: πνεῦμα — νοῦς.

481 XI 20.

482 αἱ αἰσθητικαὶ πείσεις (III 6).

483 II 8 'τὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήματα'.

484 VI 17 'ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κίνησις ἐν οὐδεμιᾷ τούτων (suppl. τῶν φορῶν τῶν στοιχείων).'

485 V 10.

486 VIII 7. V 33.

487 VIII 7. cfr. VI 20 (v. ἐκκλίνειν).

488 V 19 'τὰ πράγματα αὐτὰ οὐδ' ὁπωστιοῦν ψυχῆς ἅπτεται· οὐδὲ ἔχει εἴσοδον πρὸς ψυχὴν· οὐδὲ τρέψαι οὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν δύναται'.

bitu.[489] Sunt igitur motus duplices, verum ita tamen, ut si sunt animae, conditio ista percipiatur quae per se ipsa latet et quam *ἐνέργειαν* Antoninus animae propriam[490] velit, si corporis, ista conditio quam *πεῖσιν* appellat.[491] Nec dum vero desinit anima moveri. Res vocantur in *κρίσιν* qua sublata licet per se ipsa *ἔνδον*[492] sit, affectum (*πάθος*) patitur quisquis est. Progressus vel transitus ad affectum ubi factus erit, post multos istius modi motus ecquid fuerit caussae quis non quaeret? Esse autem consensu, non sensu vel, ut altius repetamus opinione affectum ortum recte contendes.[493] In anima igitur et *αἰσθήσεις* cum congrediantur et *ὑπολήψεις*, non efficiens ut bonum quidquam sit aut malum, *πεῖσις* est nec nisi circa *ἐνέργειαν* perceptam res vertitur, de bono aut de malo loquendi fit locus.[494] Sed ab *ὁρμῆς* notione quo modo *ἐνέργεια* distinguatur, cognoscere si quis studeat, utne errore implicetur, veritus haec Antoninus dicit quae transscribere integra libet. *'Υπὸ τούτων* (suppl. *τῶν ἀδιαφόρων*), inquit, *ἐνέργεια μέν τις ἐμποδισθείη ἄν· ὁρμῆς δὲ καὶ διαθέσεως οὐ γίνεται ἐμπόδια διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπήν'*.[495] Quin digni qui deturbentur atque abiciantur, affectus sint, si quis conditioni quae sit affectibus indulgens ac serviens, confert eam quae est aliena atque immunis, hoc est, eam qua utitur is qui recte rerum natura qualis sit, cognoverit, et a bonis bene mala internoverit, dubitare non audebit. Est autem ab una parte *ἡ ἀπάθεια* seu ea conditio quae est immunis, ab altera *ἡ ἐμπάθεια* seu ea quae est serviens; illa non obnoxia affectibus et tranquilla, haec obnoxia et commota. Cuius igitur hominis in *ἐμπάθειαν* quam vocat, ubi incideris, deesse huic iudicabis quantulumcunque rationis, ubi in *ἀπάθειαν*, esse huius rectam rationem eidemque iunctam et cognatam secundum naturam vim.[496] Definire ita possumus *ἐμπαθῆ*, ut dicamus captum eum falsis de rerum pretio opinionibus esse, errore circa rerum aestimationem *ἀπαθῆ* superiorem.

489 VIIII 7.

490 VI 51 '*ὁ μὲν φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει*'.

491 ibid. '*ὁ δὲ φιλήδονος ἰδίαν πεῖσιν*'.

492 VIII 28 '*πᾶσα γὰρ κρίσις — — ἔνδον*'

493 V 26. '*τὴν δὲ ὑπόληψιν — — μὴ προςτιθέτω τὸ ἡ. ἐξ ἑαυτοῦ*'. — Libet etiam hoc exemplo quae modo transcripta sunt, summatim proponere:

φύσις ἀνθρωπινή

σωματική — *ψυχική*

πεῖσις — *ἐνέργεια* — *ἡ δ. ὑποληπτική*

494 VIIII 16 '*οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ τὸ τοῦ λογικοῦ πολιτικοῦ ζώου κακὸν καὶ ἀγαθόν, ὥςπερ οὐδὲ ἡ ἀρετὴ καὶ κακία αὐτοῦ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ*'.

495 V 20.

496 XI 18 9. '*ὅσῳ γὰρ ἀπαθείᾳ — οἰκειότερον, τοσούτῳ καὶ δυνάμει*'.

Verum quidem quadruplex natura opinionum nostrarum est huiusque modi ut tum bona respiciamus aut futura aut praesentia, tum mala aut futura aut presentia.

Circa illud igitur quod primum propositum est si vertitur opinio, ἡ ἐπιθυμία oritur, si circa id quod sequitur, ἡ ἡδονή.[497] si circa id quod tertium propositum, ὁ φόβος,[498] si circa quartum, ἡ λύπη. Quae pertinent ad definiendos hos affectus, magno opere desiderantur. Ceterum additas etiam has voces invenies λεληθυῖαν συστολὴν quas non est dubium quin λύπης vocis ipsius voluerit esse interpretationem.[499]

Jam vero videamus quo traxerit modo ex illis affectibus affectuum reliquorum originem. Sunt tamen eius verba perpauca.

Ex cupiditate (ἐπιθυμία) quidem quae quid sit imbecillius quaesitum invenies, excandescentia (θυμός) quae est ex Ciceronis interpretatione ira nascens et modo existens, proficiscitur et ratio quae unam inter et alteram intercedit, haec est. ‘Ο θυμούμενος μετά τινος λύπης καὶ λεληθυίας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος et ὁ κατ' ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος ἀκολαστότερός πως φαίνεται καὶ θηλύτερος ἐν ἁμαρτίαις.[500] — Discordiam porro (μῖσος)[501] an ex eadem cupiditate censeat nasci, tum indignationem.[502] desiderium (πόθος)[503] parum intelleximus.

Ex laetitia (ἡδονή) qui affectus et quo eidem modo nascantur, non investigare potuimus.

Tum αἱ νάρκαι[504] et πτοίαι[505] et alii affectus an sint metus (φόβος) exaggeratus, non definitum invenimus.

Ex moerore (λύπη) denique nascentem ex sententia Antonini conicimus τὸν φθόνον, τὴν ζηλοτυπίαν.[506]

Verum enim vero quamvis par sit ut definiatur quid sit affectus, non est tamen cur hoc quaeratur apud Antoninum utpote quem alienatum ab omnibus quae rationum dialecticarum usum redolent, sciamus. Quamquam id quidem legitur ut minime ἀναισθησία illa ἀπάθεια sit sive sensuum in corpore stupor quem post mortem demum aut ne tum quidem fortasse nos sortiemur,[507] sed sit illa tranquillitas cuius melioris et sibi

497 X 1 ‘ἡσθήσῃ τοῖς παροῦσι’.

498 IIII 39 ‘τὸ ἐπιὸν φοβούμενος’.

499 II 10.

500 II 10.

501 XI 8.

502 XII 27 (ἀγανακτεῖν).

503 XII 31.

504 VII 69. X 9.

505 X 9.

506 VI 16.

507 III 3 ‘— ἔκβηθι· εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον οὐδὲν θεῶν κενόν, εἰ δὲ ἐν ἀναισθησίᾳ, παύσῃ κτλ’.

a Sexto magistro redditae grate memor est [508] et qua uti debeant si ea quae sua cuique facienda mandata sunt, velint facere. Quid igitur aliud faciendum erit cum expetenda *ἀπάθεια* sit, quam ut expellatur *ἡ ἐμπάθεια* eiusque in sedem cedat *ἡ ἀπάθεια*. Vertitur autem hac in re *ἡ θεράπεια δαίμονος*. [509] Aestimare tamen nullo studio res quanto est difficilior, tanto dignior *ἡ ἀπάθεια* quae petatur. Quam ob rem praestantissimi ne ab affectu ullo invertatur, certaminis athletam genium praedicat [510] eundemque prorsus veluti medicorum more tractat [511] censetque ita comparari ut motus suos omnes sibi subiecerit et a sensuum affectionibus sese abstraxerit. Exceptis missisque reliquis omnibus id potissimum agamus ut quasi in sanam [512] quandam mentis tranquillitatem eandemque affectuum neglegentiam propensi persuasum habeamus esse *κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον τῶν τὰ πάθη ποιούντων καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων*. [513] Cuius genius est bene dispositus ac curatus, is perfectus non potest non esse nec haberi. [514]

Sed quid sibi volunt quibus se adhortetur ut sit comis rectus contentus quocunque modo, [515] quibus hominem impellat ut conservet simplicem se, bonum integrum gravem serium iusti amantem pium placidum ad caritatem propensum in officio praestando strenuum? [516] Quid quod commonet eum ut par promontorii sit cui fluctus iugiter cum allidantur, ipsum tamen consistere undarumque circumfusum sibi aestum compescat? [517] Quid superest nisi illa *θεράπεια* quo fiat modo ut adhibeatur, expositio? Morbis animi medetur medicorum more et sicut hi quae aegrotis nocuerant eorumque valetudinem si pergerent adhiberi, reddere infirmiorem possent, tollere student, sic ipse opinationes esse quibus noxae inferantur [518] ratus id primum agit ut eo hominem adducat ut melius res discat aestimare.

508 I 9 '*παρὰ Σέξτου — τὸ μηδὲ — — — τινὸς πάθους παρασχεῖν, ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι κτλ*'.

509 II 13 '*θεράπεια δὲ αὐτοῦ καθαρὸν πάθους διατηρεῖν — —*' cfr. III 16.

510 III 4.

511 III 13 '*ὥςπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχειρα ἔχουσι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῶν θεραπευμάτων, οὕτω τὰ δόγματα σὺ ἕτοιμα ἔχε κτλ.*'

512 VI 55 '*εἰ ἰατρεύοντα οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον ἄλλῳ τινὶ ἂν προςεῖχον — πῶς αὐτὸς ἐνεργοίη — τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν*';

513 XII 19.

514 cfr. III 6 (III 4).

515 XI 13.

516 VI 30.

517 IIII 49.

518 II 5 '*φρόντιζε — — σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν πορίζειν*'.

° Igitur ex eis quae quasi apud se condita tanquam media curandis morbis peridonea habet hoc primum depromit ut abducendum mandet animum ab omnibus cogitationibus [519] excepta hac una cogitatione qua carere non debet esse unicum virtutem bonum, tum ut abiciendas opiniones sive immutandas, tum ut conservandum animum intactum ab eis quae aliunde accidant, ut introspiciendas has res, sicuti virum decet et hominem et civem et mortalem. [520] Huius igitur modi rationem vitae qui instituat, quin adipiscatur pacatam illam quietem et consequatur integram [521] suam tranquillitatem et perveniat in portum a procellis tutum [522] sive ad illam *αὐτάρκειαν* quam intellegit compluries et quae propria hominis perfecti est, hoc est procul omni dubio. Ad hanc ipsam conditionem tranquillam animi referri sequentia possunt. *Quando*, inquit, *persuasum habebis, anima mea, cuncta tibi bene se habere, sed et a diis provenire beneque habitura quaecunque ipsis concedere risum est et quaecunque concessuri sunt utpote quae ad salutem spectent animantis perfecti probi iusti honesti.* [523] Hanc animi tranquillitatem qui nactus erit, hunc posse arbitratur exclamare ita ut dicat *Felicem me quod etiamsi istud contigit, nihil doleo tamen nec aut praesentibus frangor aut futura reformido.* [524] Quid dubii igitur quin in opinionibus vertatur an quaecunque eveniunt, exigua sint ac facilia toleratu, nea ne? [525]

Jam vero singula persequamur et in opiniones quidem quae circa quaternos affectus vertuntur vel eos efficiunt, inquiramus. Ac primum quidem videamus opinio acceptae iniuriae sive quod per dicta est illata, sive quod per vim, qui fiat ut praecaveatur. Qui succenset veluti contumeliose dictis aut factis, hic *ἀκοινωνήτως* [526] agit nec tolli potest ira nisi ante tollitur quasi de re magna iudicium. [527] Huc ipsum pertinent quoad aptissima quae ineunte libro dixit commentariorum secundo. *Mane,*

519 XI 18 m. ‘*ἆρον γοῦν καὶ θέλησον ἀφεῖναι τὴν ὡς περὶ δεινοῦ κρίσιν κτλ.*’ — V 26 ‘*τὴν δὲ ὑπόληψιν τὴν ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, μὴ προστιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ ἑαυτοῦ*’. — XII 22 ‘*ἆρον οὖν, ὅτε θέλεις, τὴν ὑπόληψιν*’. — ibid. 25 ‘*βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν*’. — VIII 29 ‘*ἐξάλειφε τὰς φαντασίας.*’ — VIIII 7 ‘*ἐξαλεῖψαι φαντασίαν*’.

520 IIII 3.

521 XII 22 ‘— — *καὶ ὥςπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν γαλήνη, σταθερὰ πάντα καὶ κόλπος ἀκύμων*’.

522 ibid. 25. ‘*β. ἔξ. — — σέσωσαι*’.

523 IIII 49.

524 ibid.

525 X 3 ‘— — *ἐπὶ τῇ ὑπολήψει ἐστὶ τῇ σῇ φορητὸν καὶ ἀνεκτὸν αὐτὸ ποιῆσαι κατὰ φαντασίαν τοῦ σοῦ φέρειν ἢ καθήκειν σεαυτῷ τοῦτο ποιεῖν*’. — XII 22 ‘*ὅτι πάντα ὑπόληψις* — —’.

526 XI 18 9.

527 XI 18 7 ‘— *ἀφεῖναι τὴν ὡς περὶ δεινοῦ κρίσιν.*’

inquit, *dictare memento tibi: hodie futurum est, ut rem habeam cum curioso aliquo, ingrato proterro doloso invido illiberali. Obveniunt illis ista omnia a bonorum malorumque inscitia. Ego vero cum et naturam boni norim quod honestum, malique quod inhonestum est, nec laedi posse me ab horum ullo compertum habeo nec succensere congeneri possum eumve odisse.*[528] Verum tamen qui tanto sibi opere velit temperare, hic sit necesse est quadam scilicet morum sanitate atque integritate. Itaque succurrat cuique hoc ante omnia dignum quod memorandum commendetur, ut ne quidquam se sentiat quis ab eis qui laeserant, laesum fuisse.[529] Sic fore ut illaesus discedat.[530] Haec περὶ ἐπιθυμίας.

Videamus qui fiat ut opiniones quae formidinem efficiant, fugiamus vel exstinguamus, veluti ut periculum ne mortem reformidemus, defugiamus. Ne in repetendo longi simus, tantum in hisce acquiescere liceat. Solari enim se quemque par esse commonet dissolutionem sui naturalem opperiendo moramque interea haud gravate ferendo.[531] Recordetur is oportet scripti sibi finis ad quem par est accedere pacatum promptum accommodatum fato suo.[532] Haec quid sibi velint si quis bene secum reputaverit, non necesse erit ut etiam commoneatur retro meatura quae terra dederit, ad terram esse, quod ab aethereo venerit ortu, coeleste poli repetitura templum.[533]

Denique opiniones quae laetitiam (ἡδονήν) et moerorem (λύπην) quibus nominibus ipsis plura hanc in partem non potuerimus facere ut transscribamus, efficiant, qui fiat ut immutentur vel abiciantur atque

528 II 1 'ἕωθεν προλέγειν ἑαυτῷ· συντεύξομαι περιέργῳ ἀχαρίστῳ ὑβριστῇ δολερῷ βασκάνῳ ἀκοινωνήτῳ· πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐγὼ δέ, τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ ὅτι καλόν, καὶ τοῦ κακοῦ ὅτι αἰσχρόν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνοντος φύσιν ὅτι μοι συγγενής, οὐχὶ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ νοῦ καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος, οὔτε βλαβῆναι ὑπό τινος αὐτῶν δύναμαι· αἰσχρῷ γάρ με οὐδεὶς περιβάλλει· οὔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι οὔτε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ' —

529 VII 22 'πρὸ πάντων· ὅτι οὐκ ἔβλαψέ σε'.

530 VIII 40 'ἐὰν ἀφέλῃς τὴν σὴν ὑπόληψιν περὶ τοῦ λυπεῖν σε δοκοῦντος αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ ἕστηκας'.

531 V 10 'δεῖ παραμυθούμενον ἑαυτὸν περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν τῇ διατριβῇ, ἀλλὰ τούτοις μόνοις προσαναπαύεσθαι· ἑνὶ μὲν τῷ, ὅτι οὐδὲν συμβήσεταί μοι, ὃ οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐστίν'.

532 III 16 'τὸ τέλος τοῦ βίου ἐφ' ὃ δεῖ ἐλθεῖν καθαρὸν ἡσύχιον εὔλυτον ἀβιάστως τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συνηρμοσμένον'.

533 VII 50 'καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν || φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου || βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον || πόλον ἦλθε πάλιν'.

exstinguantur, inquirere supersedemus [534] deficientibus verbis Antoninianis.

Quam magnum illud periculum sit vitandi effectus ubi caussa admissa fuerit, docent quae praecepit ad curanda ea quae exoriuntur opinionibus non sublatis nec deletis. [535] Namque paullo quidem difficilius sistuntur ὁρμαί, quam delentur opiniones, verum multo difficilius exstinguitur aut ἡ ὄρεξις aut ἡ ἔκκλισις quae quidem exoriuntur neglectis sistendis motibus. Quid superest? Cadit Antonini sententia in illud Catonis: Ceterum censeo opinionem esse delendam.

Caput tertium.

Jam vero instituatur expositio tertiae cuiusdam partis quae non intellegi si collectio ex eis quae exposita supra sunt, fit, non potest. Huius quidem partis naturam si introspicis, eam περὶ τοῦ κοινωνικῶς πράσσειν [536] esse iudicabis eiusque proprium hoc potissimum ut non digna solum quae agantur, ea quae humanae naturae respondent, verum etiam necessaria habeat, dum altera pars versatur in explorandis eis quibuscum ea quae homines sibi mandata adipiscenda esse cognoverunt, discordent tanquam evitandis eisdemque quam possunt evitari. Huius igitur loci est quaerere quid deceat idemque quid par sit fieri. Et primum quidem quaeramus quae opus sit ut agantur. Est autem plane sibi hac ex parte constans Antoninus. Circumscribentem facias eum τὸ τέλος λογικῶν ζώων. Esse dicit τὸ ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ [537] nec quidem aliter interpretatur τὴν πόλιν καὶ πολίτειαν τὴν πρεσβυτάτην quâm ita ut τὴν τῶν ὅλων φύσιν intellegat. Quodsi omnia quaecunque ex natura universa eiusdemque ex ratione oriantur, nisi in cogitationibus opinationibusque quae voluntatem fere dirigunt, nulla in re verti persuasum quis habet, non existimare non potest tolerandum esse quod possit tolerari aut quod conducit, cum sit duplex haec natura cogitationum, aut quod decorum est. Circa ultimam quidem rem si disputat, τὸ καθῆκον vocabulum [538] usurpat Antoninus ac suas quisque opiniones hortatur ut comparaverit ne dissentiant rationi neu repugnent. Adde quod Pythagoraeica [539] leguntur

534 X 34 'τῷ δεδηγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἀρκεῖ καὶ τὸ βραχύτατον καὶ ἐν μέσῳ κείμενον εἰς ὑπόμνησιν ἀλυπίας καὶ ἀφοβίας'.

535 VIIII 7 '— — στῆσαι ὁρμήν· σβέσαι ὄρεξιν·'

536 VIII 12.

537 II 16.

538 VI 22. X 3.

539 VI 11.

deque numeris decori ad quos quivis tenetur observandos vel diligenter explorandos, mentio fit.[540] Itaque ad decorum quod dicitur, spectat quod praeceptum eo consilio legitur, ut caveat quisque *μὴ πράσσειν εἰ μὴ καθήκει*.[541] Sunt autem plura quidem haud ita facilia repertu, verum ea quae attulimus, apta quorum ope quid pretii insit actionibus quae tantummodo moribus hominum ac consuetudini sint accommodatae, id quod per se parvi momenti est, intellegamus. Pleraeque actiones tametsi ad vitam spectant eiusdemque consuetudinem, tamen denegari eis omne pretium posse sibi non visus est, modo voluntas agentem et mens adiuverit. In hanc sententiam accipias quae sequuntur. '*Τούτους*', inquit, '(suppl. *τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς*) *δεῖ τηροῦντα καὶ μὴ θορυβούμενον μηδὲ τοῖς δυςχεραίνουσιν ἀντιδυςχεραίνοντα περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον*'.[542]

Est vero optima via quae ad finem propositum dirigat, recta nec obliqua aut simulata. Hac igitur rectitudine alias ita usus est ut quae secundum rationem sunt ac secundum rationalem artem actas actiones tanquam ad finem propositum directas *κατορθώσεις* appellaverit.[543] Videamus ecquid rationis inter *τὸ καθῆκον* et *τὰς κατορθώσεις* intercedat. Inest quidem vel subest *ταῖς κατορθώσεσι* aliquid maioris dignitatis quam quod videtur amplecti *τὸ καθῆκον*. Sed ita definire rem si quis vellet, ut diceret esse *τὰς κατορθώσεις* eas actiones quae secundum rationem actae sunt, et *τὰ καθήκοντα* eas quae secundum numeros actae sunt, parum definite nec accurate definiret. Accedant nonnulla opus est. De illo enim loco etiam cogitabimus quo committi censet Antoninus *ἤτοι παρ' ἀδυναμίαν* peccatum *ἢ παρ' ἀτεχνίαν* eiusdemque peccati naturam habet duplicem. Facile inde, ut opinamur, intellegitur quo possit modo definitius definiri discrimen quod interest inter *τὸ καθῆκον* et *τὴν κατόρθωσιν*. Libet ita definire ex sententia Antonini ut dicamus esse eam actionem *τὸ καθῆκον* quae ad mores vitae legesque publicas spectet eiusdemque habitum ut nisi virtutem nihil animo volvat, haud ita necessarium, contra *τὴν κατόρθωσιν* eam actionem cuius natura requirat huius modi habitum animi tanquam necessarium.* Igitur ratio et rationalis ars cuiuscuius in actionibus desiderabitur, esse putabis integrum moribus ac perfectum nec eiusdem modi integritate est qui tantum decore egit needum

540 VI 26 '*πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται*'. — cfr. III 1.

541 XII 17.

542 VI 26.

543 V 14 '*ὁ λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη — — ὁδεύουσι πρὸς τὸ προκείμενον τέλος· καθ' ὃ κατορθώσεις αἱ τοσαῦται πράξεις ὀνομάζονται, τὴν ὀρθότητα τῆς ὁδοῦ σημαίνουσαι*'.

* *ἀμετατρεπτί — ἀνυποκρίτως* (VIII 5).

ad aliud quiddam maius id est ad recta contendit et quem affectet oportet. Nulli sane poterunt nisi *οἱ τέλειοι ἄνθρωποι* perfecte recteque agere.

Contraria *τῶν κατορθώσεων ἡ ἁμαρτία* est. Quae sit natura *τοῦ ἁμαρτήματος* sive *τῆς ἁμαρτίας*, libet eruere ex eisdem verbis quibus quis sit *ὁ ἁμαρτάνων* definierit Antoninus. '*Πᾶς*' inquit, *ὁ ἁμαρτάνων ἀφαμαρτάνει τοῦ προκειμένου τέλους καὶ πεπλάνηται.*' [544] De bono scilicet hunc et de malo false praveque opinatum esse quibus opinionibus si careret, neutiquam aberraret, haec sententia Antonini est. Itaque *ἀπὸ τῶν δογμάτων πράξεις* et esse et haberi iterum iterumque pronuntiat negatque falsa *δόγματα* ulla esse. Unde apparet quî fiat ut ei qui quaerat *πῶς ταῦτα ποιήσει ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις*, dicat *ἐὰν δόγματα ἔχῃ· ἀφ᾽ ὧν αἱ πράξεις*. [545] Sed urgeri ac premi hanc notionem *τῆς ἁμαρτίας* tantum abest ut permittat et ubi dogmata desint, committi *ἁμαρτίας* seu peccari putet, ut eum errorem qui versatur circa bonum malumve, intellegi *ἁμαρτίαν* velit. Quodsi peccati duplex natura est seu peccatur *ἤτοι παρ᾽ ἀδυναμίαν ἢ παρ᾽ ἀτεχνίαν*, [546] cum sit rationis *ἡ δύναμις*, *ἡ τέχνη* tutae a legibus securitatis, has notiones ita definire possumus, ut dicamus quod *παρ᾽ ἀδυναμίαν* peccatum sit, esse peccatum dissentiente ratione,* et quod *παρ᾽ ἀτεχνίαν*, peccatum esse dissentientibus legibus.** Qui quomodocunque peccat, sibi peccat. [547] Est autem triplex *τὸ ἁμάρτημα*. Aut enim fit ut falsa rerum aestimatione peccetur, [548] aut ut vitae societas parum observetur, quod ubi est, *ἀδικίαι* pariter atque *ἀγνωμοσύνην* et *πλεονεξίαν* et alia etiam complectitur peccatum seu *ἡ ἁμαρτία*, [549] aut ut dii neglegantur. Cui triplici peccato haec opponuntur tanquam ad naturam quippe secundum quam vivere debeamus eademque ad virtutem sufficientia et primum quidem errori isti *ἡ παροῦσα ὑπόληψις καταληπτική*, tum *ἁμαρτήματι τῷ πρὸς τοὺς πλησίον ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνική*, denique animo isti contra ea quae extra voluntatem nostram sita sunt — *τὰ ἀπροαιρέτως ἀπονεμόμενα* — repugnanti *ἡ πα-*

544 VIIII 42.

545 VIII 1.

546 II 11.

547 VIIII 4 '*ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει· ὁ ἀδικῶν ἑαυτὸν ἀδικεῖ, κακὸν ἑαυτὸν ποιῶν*'. — ibid. 20 '*τὸ ἄλλου ἁμάρτημα ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν*' — ibid. c. 38 '*εἰ ἥμαρτεν ἐκεῖ τὸ κακόν*' —

548 X 30 '*ὅταν προσκόπτῃς ἐπί τινος ἁμαρτίᾳ, εὐθὺς μεταβὰς ἐπιλογίζου, τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις· οἷον ἀργύριον ἀγαθὸν εἶναι κρίνων ἢ τὴν ἡδονὴν ἢ τὸ δοξάριον καὶ κατ᾽ εἶδος*'.

549 XI 18 3 '*ἄχθονται γοῦν ἀκούοντες ἄδικοι καὶ ἀγνώμονες καὶ πλεονέκται καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ περὶ τοὺς πλησίον*'.

* peccatum * immorale *

** peccatum * illegale *

οὖσα διάθεσις εὐαρεστικὴ πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον.[550] Cui rei etiam hic locus illi haud ita dissimilis accedat quo quasi duce quo voluerit modo hanc disceptationem quae est de actionibus, tractari, cognoscemus. 'Τρεῖς σχέσεις' inquit sat quidem abrupte, ἡ μὲν πρὸς τὸ αἴτιον τὸ περικείμενον quae σχέσις nihil aliud intellegitur quam ea quae id agat ut res quanti aut quam parvi aestimandae sint, investiget. Hanc quidem σχέσιν tanquam primum expositum a nobis huius partis caput subsequitur haec altera. 'Ἡ δὲ — est enim haec altera σχέσις — πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα quae verba facilia putamus intellectu. Tertiam σχέσιν appellat τὴν πρὸς τοὺς συμβιοῦντας.[551] Ordinem eum quem modo explicavimus, secuti rem ita digestam habebimus ut primum τὸ αἴτιον τὸ περικείμενον quale sit, inquiramus, tum progrediendo σχέσιν τὴν πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα inspiciamus, tandem περὶ σχέσεως τῆς πρὸς τοὺς συμβιοῦντας dicendo finiamus. Quarum actionum paullum mutatam divisionem tanquam alienam eo minus reprobare poteris, quanto magis etiam ipse Antoninus hunc nostrum quidem ordinem potissimum secutus est quantoque maior coniectura ipsum Antoninum sic aestimando disposuisse.

Ex prima quidem huius disciplinae parte quam in eo posuimus ut virtus bonum sit, malum vitium eademque virtus per se ipsa expetenda, quid pretii sit[552] et quid agant oporteat qui velint congruere naturae, apparet. Antoninus cum amantes virtutis eiusdemque studiosos iuvare studeat,[553] si, quid ipse de humana natura senserit et ubinam homines

550 VIIII 6.

551 VIII 27.

552 cfr. etiam VI 16 '— — τί καταλείπεται τίμιον; δοκῶ μέν, τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. Ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα τούτου στοχάζεται ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύασται· ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου καὶ ὁ πωλοδάμνης καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, τοῦτο ζητεῖ· αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπὶ τί σπεύδουσιν; ὧδε οὖν τὸ τίμιον. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, οὐδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε αὐτάρκης, οὔτε ἀπαθής· Ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν ζηλοτυπεῖν ὑφορᾶσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἐκεῖνο δυναμένους, ἐπιβουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπὸ σοῦ· ὅλως πεφύρθαι ἀνάγκη τὸν ἐκείνων τινὸς ἐνδεῆ· προςέτι δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι'.

553 IIII 2 'μηδὲν ἐνέργημα εἰκῆ, μηδὲ ἄλλως ἢ κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης, ἐνεργείσθω'. — VIII 17 'εἰκῇ γὰρ οὐδὲν ποιητέον'.

siquidem bene sibi velint,[554] inveniant quibus ad vitam beatam quo cogitationes omnes atque actiones debeant revocare, admittantur et ubi fons boni sit,[555] respicimus, non habere persuasum non potest, opus esse si qui velint perfecti evadere, curam alienorum[556] gerant quam minimam et in se potissimum inque suum animum abeant,[557] seque examinent, numquid sit, ut congruenter dogmatis vivant nec suo circa res errore laborent.[558] Id ita facient ut quotiens egerint, totiens investigent, quantum se ipsos respexerint, numne ulla caussa sit cur poeniteat se actae rei? numne si quod fecerit, existimari debeat vel possit factum ab homine eo qui rationem naturae spectaverit, vitae societatem, suam cum diis similitudinem?[559] Erunt rectae actiones eius, quando rationi quam libenter sit, quam strenue, quam facile obtemperatum, pro certo habebimus.[560] En hoc veluti vivendi praeceptum quo commonetur, ut nihil cogitet quis nisi qui fiat ut agat iuste[561] cui virtuti id est iustitiae hoc supponi censet *ἵνα ἐλευθέρως καὶ χωρὶς περιπλοκῆς λέγῃς τε τἀληθῆ καὶ πράσσῃς τὰ κατὰ νόμον καὶ κατ' ἀξίαν,*[562] tum ut talem se gerat, ut pietatem colat atque actionum societatem.[563] Fieri vetat *μηδὲν εἰκῆ, μηδὲ ἄνευ ἀναφορᾶς*[564] quae relatio per se ipsa qualis sit, placito altero quod subse-

554 III 14 '*σαυτῷ βοήθει, εἴ τί σοι μέλει σεαυτοῦ, ἕως ἔξεστιν*'.

555 VII 59 '*ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς*'.

556 III 4 '*ἤτοι γὰρ ἄλλου ἔργου στέρῃ τουτέστι φανταζόμενος, τί ὁ δεῖνα πράσσει καὶ τίνος ἕνεκεν καὶ τί λέγει καὶ τί ἐνθυμεῖται καὶ τί τεχνάζεται καὶ ὅσα τοιαῦτα ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως — — — μὴ πολλάκις δέ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ πράσσει, ἢ διανοεῖται. μόνα γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ· κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται. Ἡ γὰρ ἑκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνεμφέρεταί τε καὶ συμφέρει*'.

557 VII 59. VI 11. IIII 3.

558 X 37 '*ἔθισον ἐπὶ παντός, ὡς οἷόν τε, τοῦ πρασσομένου ὑπό τινος, ἐπιζητεῖν κατὰ σεαυτόν· οὗτος ἐπὶ τίνα φέρει; Ἄρχου δὲ ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ σαυτὸν πρῶτον ἐξέταζε*'.

559 VIII 2 '*καθ' ἑκάστην πρᾶξιν ἐρώτα σεαυτόν, πῶς μοι αὕτη ἔχει; μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; μικρὸν καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου· Τί πλέον ἐπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν ἔργον ζώου νοεροῦ, καὶ κοινωνικοῦ καὶ ἰσονόμου θεῷ;*'

560 III 12 '*ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς ἑπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπουδασμένως ἐῤῥωμένως εὐμενῶς καὶ κτλ. — — εὐζωήσεις*'.

561 IIII 37 '*ἤδη τεθνήξῃ καὶ οὔπω — — — οὔτε τὸ φρονεῖν ἐν μόνῳ τῷ δικαιοπραγεῖν τιθέμενος*'.

562 XII 1. cfr. VIII 5.

563 cfr. VI 30 '*βραχὺς ὁ βίος· εἷς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς διάθεσις ὁσία καὶ πράξεις κοινωνικαί*'.

564 XII 20. cfr. IIII 2. III 5 '*μήτε — ἐνέργει — ἀνεξέταστος· — — ὀρθὸν οὖν εἶναι χρή*'.

quitur, paullo accuratius ita exponitur ut intellegatur *τὸ μὴ ἐπ' ἄλλο τι ἢ ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος τὴν ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι.* Quibus statutis sequitur ut examinare quisque debeat numne periculum ne iniuste agat, aut aliter ac si iustitia ipsa ègisset.[565] Cuius modi praeceptum neminem abstinebit quin *μεθ' ὑπεξαιρέσεως*[566] agat, hoc est, ita ut hanc conditionem interponat se acturum hoc illud nisi prohibeatur quominus agat. Sed sic compositus tu tum eris, ut consulte agas, non temere, ut certe agas, non incassum, cum habebis deletas opiniones, impetus cohibitos, exstinctum habitum illum propensum. Bene haec ubi disposita fuerint, fieri poterit ut deliberes ac consultes nec facias vitam nisi naturae consentaneam. Non difficile hoc. Etenim *σύντομος ἡ κατὰ φύσιν, ὥστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον πᾶν λέγειν καὶ πράσσειν.* In omnibus rebus *τὸ ἐπὶ τὴν σύντομον ἀεὶ τρέχειν* iubet et observandam hanc viam commendat.[567] Igitur in omnibus expetendam consequendamque virtutem tibi proponas quippe per quam solam fiat ut discipulus sis sapientiae verus nec fictus.[568] Atque exemplo sit, qui virtuti se dederit, aptari hunc ut descendat in vitae campum qui magnorum undique periculorum plenissimus misellos istos ac male expertos[569] civitatem quandam Platonicam somniantes[570] in grave discrimen vocat fere atque implicat difficultatibus. Sed accedat oportet studium philosophiae[571] cuius ope conditio vitae minima quaeque[572] apta fit ut ad vitam beatam hominem ferat. Verum conditio ipsa quaecunque erit,[573] quae agenda mandavit, ea observare debebis nec defugere ulla caussa, modo necessaria sint.[574]

565 XII 24 '— *δεῖ πρόχειρον ἔχειν. ἐπὶ μὲν ὧν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῇ μήτε ἄλλως, ἢ ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήργησεν*'.

566 VI 50. XI 37.

567 IIII 51.

568 VI 30.

569 XII 9 '*ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει παγκρατιαστῇ, οὐχὶ μονομάχῳ· ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος ᾧ χρῆται, ἀποτίθεται καὶ ἀναιρεῖται· ὁ δὲ τὴν χεῖρα ἀεὶ ἔχει καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ συστρέψαι αὐτήν, δεῖ*'.

570 VIIII 29.

571 V 12 '*Τοῦτό σοι* (suppl. *μήτηρ*) *νῦν ἐστιν — — ἡ φιλοσοφία· ὧδε πολλάκις ἐπάνιθι καὶ προσαναπαύου ταύτῃ δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ* (v. *ἐν τῇ αὐλῇ*) *σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός*'.

572 VII 67 '*μέμνησο ἀεὶ καὶ ἔτι ἐκείνου ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. Καὶ μὴ — — — ἀπογνῷς καὶ ἐλεύθερος καὶ αἰδήμων καὶ κοινωνικός καὶ εὐπειθὴς θεῷ*'.

573 VI 39 '*οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν*'.

574 IIII 24 '*ὀλίγα πρῆσσε, φησίν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν· μήποτε ἄμεινον τοῦ τἀναγκαῖα πράσσειν, καὶ ὅσα ὁ τοῦ φύσει πολιτικοῦ ζώου λόγος αἱρεῖ, καὶ ὡς αἱρεῖ. Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τοῦ καλῶς πράσσειν εὐθυμίαν φέρει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ὀλίγα πράσσειν. Τὰ πλεῖστα γὰρ ὧν λέγομεν καὶ πράσσομεν οὐκ ἀναγ-*

Ceterum pro nihilo putabis vel in mediis collocabis 'πότερον ῥιγῶν ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς· καὶ πότερον νυστάζων ἢ ἱκανῶς ὕπνου ἔχων· καὶ πότερον κακῶς ἀκούων ἢ εὐφημούμενος ἢ πράττων τι ἄλλοιον'.[575] Et difficile si quid erit hoc illo tempore vel in hac illa re, ne deficias animo, veluti si *ἱκανῶς ὕπνου ἔχεις*. Cuicui modi sunt, commoditates vitae debent cedere loco servituti officiorum. Quam ob caussam eximii illius Antoniniani quod sibi eidemque cuilibet gravatim ex lectulo exsurgenti ponderandum proposuit, meminisse iuvabit. Ad opus humanum experrectus cur quis moleste ferat, quod progreditur ad facienda ea quorum caussa natus sit, quaerit. *Numquid ad hoc destinatus sum*, sic enim pergimus loqui verbis ipsius Latine versis, *ut decumbens in stragulis me ipse foveam? — Quod sane iucundius! Ad voluptatem ne igitur natus es neque omnino ad agendum operandumve? Plantas passerculos formicas araneas apes suo quemque munere fungentes quantum in ipsis ad mundi concentum conferentes nonne vides? Atqui tu quae hominis sunt, agere recusas? Nonne confugis ad id quod est secundum naturam tuam?*[576] Ne alias quidem tibi tuisque officiis desis. Quid quod de pietate aut impietate enucleate scripsit? Impietatis quidem natura quatenus ad dogmata spectet, haec verba sunt. *Qui*, inquit, *voluptates ut bona sectatur, dolores autem ut mala fugit, impie agit — — — porro qui dolores timet, eorum quoque interdum aliquid timebit quae in mundo futura sunt. Quod quidem iam impium. Contra qui voluptates sectatur, non abstinebit quin iniuste agat id quod manifesto impium — — — quicunque igitur ad dolorem et voluptatem vel ad mortem et vitam vel ad gloriam et infamiam quibus ex aequo rerum natura utitur, ipse non ex aequo se habet, manifeste impie agit.*[577] Verum quidem qui iuste agit ac pie, huius ἡ ὁσιότης vere propria est.

καῖα ὄντα, ἐάν τις περιέλῃ εὐσχολώτερος καὶ ἀταρακτότερος ἔσται. Ὅθεν δεῖ καὶ παρ' ἕκαστα ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκειν, μήτι τοῦτο οὐ τῶν ἀναγκαίων. Δεῖ δὲ μὴ μόνον πράξεις τὰς μὴ ἀναγκαίας περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ φαντασίας· οὕτως γὰρ οὐδὲ πράξεις παρέλκουσαι ἐπακολουθήσονται'.

575 VI 2.

576 V 1 *'ὄρθρου, ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι· τί οὖν δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν ὧν ἕνεκεν γέγονα καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τοῦτο κατεσκεύασμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἐμαυτὸν θάλπω; — ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον — πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν ἢ πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια τὰ στρουθάρια τοὺς μύρμηκας τοὺς ἀράχνας τὰς μελίσσας τὸν καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; ἔπειτα σὺ οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν σὴν φύσιν;*

577 VIIII 1 *' — ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰ διώκων, τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. Ἀνάγκη κτλ. —*

Est autem tanti momenti ratio ea quae homines inter et deum intercedit, ut eo quo par sit, modo contra alienos, nisi forte sat perspectam hanc rationem habent diisque debita solvere didicere, possint se gerere homines.[578] Praeparati ad pietatem pariter ac timorem dei non minus quam ad iustitiam esse ferunter in eoque habitu, si rerum ordinem respicies, illa ratio sita est quam πρὸς τοὺς συμβιοῦντας observandam commendavit. Praecipuum igitur in vita humana vel omnium primum quod proponit, est quo in deum se modo homines gerant; sequitur quo in alienos gerant se. Hoc utrumque qui ita coniungit, ut bene se et in deum et erga homines gerat, huic vitae tempus quantulumcunque sufficit.[579] Est autem bene se vel pie gerere in deum idem atque vivere cum eis.[580] Quamquam non requiritur id solum ut pium habeas animum et obedientem,[581] verum etiam ut contentum eum praebeas et inservientem eis quae impertiant[582] tanquam ab infinito tempore constituta ac praeparata,[583] quae non requireret, si ea facultate hos esse ut metum vincerent et fata ferrent,[584] alienos novisset. Teneatur oportere censet primum non accidere quod non sit naturae universae congruens, tum hac hominem esse facultate ut congruenter convenienterque deo pariter ac genio agat.[585] In haec ergo desinit oratio

— — ἔτι δὲ ὁ φοβούμενος τοὺς πόνους, φοβηθήσεταί ποτε καὶ τῶν ἐσομένων τι ἐν τῷ κόσμῳ· τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. Ὅ τε διώκων τὰς ἡδονάς, οὐκ ἀφέξεται τοῦ ἀδικεῖν· τοῦτο δὲ ἐναργῶς ἀσεβές. — — — ὅστις οὖν πρὸς πόνον καὶ ἡδονήν, ἢ θάνατον καὶ ζωήν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων φύσις χρῆται, αὐτὸς οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ'.

578 III 13 'τὰ δόγματα σὺ ἕτοιμα ἔχε πρὸς τὸ τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰδέναι καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον οὕτω ποιεῖν ὡς τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως μεμνημένον. οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὖ πράξεις, οὔτε ἔμπαλιν'.

579 V 33 'ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο ἢ θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, ἀνθρώπους δὲ εὖ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι'.

580 V 27 'συζῆν θεοῖς'.

581 VI 30 'αἰδοῦ θεούς'. — VII 31 'ἀκολούθησον θεῷ'.

582 V 27 'συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις —'. XII 24 'δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἐπὶ δὲ τῶν ἔξωθεν συμβαινόντων, ὅτι ἤτοι κατ' ἐπιτυχίαν ἢ κατὰ πρόνοιαν· οὔτε δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ μεμπτέον οὔτε τῇ προνοίᾳ ἐγκλητέον —' cfr. VIII 34.

583 X 5.

584 X 3 'πᾶν τὸ συμβαῖνον ἤτοι οὕτως συμβαίνει, ὡς πέφυκας αὐτὸ φέρειν, ἢ ὡς οὐ πέφυκας αὐτὸ φέρειν. εἰ μὲν οὖν συμβαίνει σοι, ὡς πέφυκας φέρειν, μὴ δυσχέραινε· ἀλλ' ὡς πέφυκας, φέρε. Εἰ δὲ ὡς μὴ πέφυκας φέρειν, μὴ δυσχέραινε· φθαρήσεται γάρ σε ἀπαναλῶσαι. Μέμνησο μέντοι ὅτι πέφυκας φέρειν πᾶν — —'

585 V 10 'δεῖ παραμυθούμενον — — τούτοις μόνοις προσαναπαύεσθαι· ἐπὶ μὲν τῷ ὅτι οὐδὲν συμβήσεταί μοι ὃ οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν

eius. Dilige, inquit, dilige quaecunque tibi accidunt.[586] Sunt autem hae duae caussae quas proponit Antoninus. Primum quidem dilige, quia quae acciderunt, acciderunt t i b i ac praeparata sunt nec aliena a te fuerunt eademque nexa ex serie caussarum antiquissimarum, tum quia universi rectori ipsi *τῆς εὐοδίας καὶ τῆς συντελείας καὶ νὴ Δία τῆς συμμονῆς αὐτῆς* id quod ad singulos pertinet, *αἴτιον* est.[587] Cur igitur perturbatur homo?[588] Praeter obtemperationem[589] igitur etiam ut adversa tanquam virtutis probandae ac spectandae caussa divinitus allata, palam profiteamur[590] non nescii libertatis compotem esse qui ita sat contentum se praebeat.[591] apertis verbis postulat. Hunc igitur in modum Antoninus cum senserit atque adeo suis ipsius rebus adversis sufferendis[592] pium se praestiterit, quid mirabimur, si precari etiam quotidie deum[593] salutare duxit ac commonet, ut curae nobis sit recolere nobiscum quem ad modum nos gesserimus erga deos, numquid quod minus deceat, quidquam vel facto nos vel dicto commiserimus.[594] Et verba quidem illa quibus gratias agit, pro testimonio sint eius erga deos pietatis gravissimo ac laude dignissimo.[595]

Restat ut t e r t i a i l l a *σ χ έ σ ι ς ἡ π ρ ὸ ς τ ο ὺ ς σ υ μ β ι ο ῦ ν τ α ς* q u a l i s s i t seu cuius modi, inquiramus.

Hoc hominis esse cum debeat, ut omni tempore agat ut vir, ac finem vitae sive quod brevi evenit, sive quod multo post futurus est, aequo animo exspectet eo acquiescens quod scit convenire naturae mortem, mundanum se oportebit homo senserit esse idemque partem dumtaxat compagis illius quae ex ratione praeditis componitur, nisi membrum simul se

ἐστίν· ἑτέρῳ δὲ ὅτι ἔξεστί μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἐμὸν θεὸν καὶ δαίμονα'.

586 VII 57 '*μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συγκλωθόμενον. Τί γὰρ ἁρμοδιώτερον*'; cfr. V 8.

587 V 8.

588 VIIII 37.

589 IIII 34 '*ἑκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδου παρέχων συννῆσαι οἷστισί ποτε πράγμασι βούλεται*'.

590 III 11 '*δεῖ ἐφ' ἑκάστου λέγειν τοῦτο μὲν παρὰ θεοῦ ἥκει· τοῦτο δὲ κατὰ τὴν σύλληξιν καὶ τὴν συμμηρυομένην σύγκλωσιν καὶ τὴν τοιαύτην σύντευξίν τε καὶ τύχην*'.

591 XII 11 '*ἡλίκην ἐξουσίαν ἔχει ἄνθρωπος μὴ ποιεῖν ἄλλο ἢ ὅπερ μέλλει ὁ θεὸς, ἐπαινεῖν καὶ δέχεσθαι πᾶν ὃ ἂν νέμῃ αὐτῷ ὁ θεός*'.

592 VII 41 '*εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμώ, || ἔχει λόγον καὶ τοῦτο*'.

593 VI 23 '*ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ· καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις. ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται*'.

594 V 31 '*πῶς προσενήνεξαι μέχρι νῦν θεοῖς — — εἰ — μέχρι νῦν ἔστι τό Μήτε τινὰ ῥέξαι ἐξαίσιον μήτε εἰπεῖν*' (rell. Od. IIII 690. XVII 577.).

595 I 17.

dixerit, non esse.[596] Fundamentum quidem hoc esse omnium virtutum quas desiderat vitae societas, ratus hunc sibi deesse non posse in eis quae suae partis sint, qui partem se, non membrum simul esse sentiat, negat. Hoc igitur si non dixeris, ut Antoninum ipsum loquentem faciamus, ex animo nondum diligis homines, *οὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τοὺς ἀνθρώπους· οὔπω σε καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν· ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς'.* Esse capita haec actionum quae ad vitae societatem spectant recte contendes a quibus si quis careat nec observet, periculum est ne iniuria se ipsum afficiat.[597] Hoc uno se oblectare oportet hominem in eoque acquiescere ut ab una quae communitatem iuvet, actione ad aliam transeat.[598] Igitur est actionum societas cui vel plurimum tribuat Antoninus et cuius modi sit, ubi ratio quae homines inter et animalia intercedat, exposuit, maxime delineavit.[599]

Jam vero videamus, pulcherrimo illi dicto quod in eo connititur ut diligas genus humanum — *φίλησον*, sic enim ait, *τὸ ἀνθρώπινον γένος*[600] — qui fiat ut obtemperetur, et nos quidem qui fiat ut amicum nostrum in homines animum quem postulat, actionum societate comprobemus. Primum quidem simus oportere facilitate in audiendo ac humanitate[601] censuit recordatus Antonini Pii patris sui adoptati eiusque in

596 VII 13 *'οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικά, πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτου νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. ἐὰν δὲ μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, οὔπω κτλ'.*

597 II 16 *'ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή — — ὅταν ἄνθρωπόν τινα ἀποστραφῇ ἢ καὶ ἐναντία φέρηται ὡς βλάψουσα, οἷαί εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων'.*

598 VI 7 *'ἑνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν σὺν μνήμῃ θεοῦ'.*

599 VI 30. XI 20. VI 23 *'τοῖς μὲν ἀλόγοις ζῴοις καὶ καθόλου πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις ὡς λόγον ἔχων λόγον μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως· τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὡς λόγον ἔχουσι χρῶ κοινωνικῶς'.*

600 VII 31.

601 IIII 12 *'τὴν δὲ* (suppl. *ἑτοιμότητα ἔχειν ἀεὶ δεῖ) πρὸς τὸ μεταθέσθαι, ἐὰν ἄρα τις παρῇ διορθῶν καὶ μετάγων ἀπό τινος οἰήσεως. Τὴν μέντοι μεταγωγὴν ἀεὶ ἀπό τινος πιθανότητος ὡς δικαίου ἢ κοινωφελοῦς γίνεσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τοιαῦτα μόνον εἶναι δεῖ οὐχ ὅτι ἡδύ, ἢ ἔνδοξον ἐφάνη'.* — VI 21 *'εἴ τίς με ἐλέγξαι καὶ παραστῆσαί μοι ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω ἢ πράσσω, δύναται, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. Βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας'.* — ibid. c. 53 *'ἔθισον σεαυτὸν πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγόμενον γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος γίνου'.*

eos qui ingenue eis quae ipse cogitaverat ac dixerat, dissentire se, ubi opus esse duxerant, faterentur, clementiam,[602] idque esse libertatem.[603] Assentiri tamen in omni quavis re nos tantum abest ut iusserit, ut quam utile sit docere atque adeo colloquium cum rudibus ac pertinacibus quomodo habendum sit, exponere operam dederit.[604] Hanc igitur in partem interpretandum erit quod alias ab eo monitum legimus. '*Κίνησον*', inquit, '*λογικῇ διαθέσει λογικὴν διάθεσιν· δεῖξον ὑπομνησον*'.[605] Ac tum demum cum quosdam istius modi rationis expertes inveneris ac defugientes quin audiant vel obsequantur, transeas ad res minus difficiles et utaris ad aliam aliquam virtutem hoc impedimento.[606] Quin et hoc commonefacit Antoninus, ut non solum id esse hominis probi etiam eos qui offendunt, diligere,[607] sed etiam ut amicos nos praebeamus erga eos qui inimici ipsi nobis atque odiosi fuerant.[608] Id intellegitur ex eo quod primum in hominis natura ac praecipuum dixerat et quod in eo posuerat, ut societas coleretur.[609] Nec miramur si cum aptum esse vel societati utilem qui saltem tantum modo sustinere homines etiam inimicos potuerat, neget et *κοινωνικὸν* huius modi hominem intellegere ac nuncupare dubitet, omnem actionum societatem his paucis comprehendentem eum legimus ut aut docere iubeat aut sustinere.[610] Etenim conditione illa creatos esse monet homines ab universa natura, ut uni alter prosint[611] eamque ob caussam ipsam, ubi unum alter vituperaverit vel ode-

602 VI 30 '— — *τὸ ἀνέχεσθαι τῶν ἀντιβαινόντων παῤῥησιαστικῶς ταῖς γνώμαις αὐτοῦ καὶ χαίρειν, εἴ τις τι δεικνύοι κρεῖττον*'.

603 VIII 16 '*μέμνησο ὅτι καὶ τὸ μετατίθεσθαι καὶ ἕπεσθαι τῷ διορθοῦντι ὁμοίως ἐλεύθερόν ἐστι*'.

604 IIII 12. — VIIII 11 '*εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε*'. — ibid. c. 42 '*ὅλως δὲ ἔξεστί σοι μεταδιδάσκειν τὸν πεπλανημένον*' — VIII 17 '*οὐδενὶ μεμπτέον· εἰ μὲν γὰρ δύνασαι, διόρθωσον.*'

605 V 28.

606 VI 50 '*πειρῶμεν πείθειν αὐτούς· πρᾶττε δὲ καὶ αὐτῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος οὕτως ἄγῃ· ἐὰν μέντοι βίᾳ τις προσχρώμενος ἐνίστηται, μετάβαινε ἐπὶ τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον καὶ συγχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ κωλύσει*'. — cfr. VIII 17 '*εἰ δὲ τοῦτο* (suppl. *διορθῶσαι*) *μὴ δύνασαι, τό γε πρᾶγμα αὐτό· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, πρὸς τί ἔτι σοι φέρει τὸ μέμφεσθαι;*' — VIIII 11 '*εἰ δὲ μή, μέμνησο ὅτι πρὸς τοῦτο ἡ εὐμένειά σοι δέδοται*'.

607 VII 22 '*Ἴδιον ἀνθρώπου τὸ φιλεῖν καὶ τοὺς πταίοντας*'.

608 XI 18 9.

609 VII 55 '*τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ τὸ κοινωνικόν ἐστι*'.

610 VIII 59 '*δίδασκε οὖν ἢ φέρε*'.

611 VIIII 1 '*τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως κατεσκευακυίας τὰ λογικὰ ζῶα ἕνεκεν ἀλλήλων* (VIII 59 '*οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν*), *ὥςτε ὠφελεῖν μὲν ἄλληλα κατ' ἀξίαν, βλάπτειν δὲ μηδαμῶς*'.

rit; vel eiusmodi aliquid oblocutus fuerit. bene tamen velit illi oportere: sunt enim natura amici: quin etiam dii ipsi cuiusque modi illi opem ferunt.[612] Contra ea qui agat, secerni ab hominum societate talem et depelli magis magisque a communi illo fine.[613] Tu si nolis vituperari, caveas agas aut dicas quo dignus fias qui vitupereris.[614] Nemo sane te abstinebit.

Quid? In beneficiis quidem quod censes praecepisse Antoninum? Cura referas etiam maleficia beneficiis eisque ne minimo quidem studio a re alieno veluti gratiarum actionis accipiendae cupido. Simulac bene fecisti et alius beneficia accepit, quid petis tertium aliquod insuper, sicuti stulti, aut ut compareas bene faciens, aut ut referantur quae bene fecisti?[615] Quid tandem amplius vis, si bene hominibus fecisti? Etenim homo nonne ad bene faciendum natus, ubi beneficium quidpiam praestiterit aut quod in commune conducat, ad quod conditus est, fecit, et quod suum est, obtinuit?[616]

Erga amicos amici quo se modo gerant, desunt verba Antonini qui huius modi societatem vitae esse ut amicitia coniuncti omnes sint,[617] non singuli solum, nescimus an sibi videretur.

Mundanum[618] quidem quem se sentire nec sentire se simul civem, tantum abest ut par esse concedat, ut nisi suae quisque patriae curam eam habeat quam partes exigant, nec non et civem se profiteatur,[619] hominibus prodesse posse neget.

His omnibus fixis stabilitisque quid caedem alienorum censes non

612 VIIII 27 'ὅταν ἄλλος ψέγῃ σε ἢ μισῇ ἢ τοιαῦτά τινα ἐκφωνῶσιν — — — εὐνοεῖν μέντοι αὐτοῖς δεῖ — — καὶ οἱ θεοὶ δὲ παντοίως αὐτοῖς βοηθοῦσι'.

613 XI 8 'οὕτω δὴ καὶ ἄνθρωπος ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς, ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε'.

614 XI 13 'καταφρονήσει μοι τίς; ὄψεται. ἐγὼ δὲ ὄψομαι ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσσων ἢ λέγων εὑρίσκομαι'.

615 VII 73 'ὅταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ᾖς καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον παρὰ ταῦτα, ὥσπερ οἱ μωροί, τὸ καὶ δόξαι εὖ πεποιηκέναι ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν;'

616 VIIII 42 'ὁ ἄνθρωπος εὐεργετικὸς πεφυκὼς ὁπόταν τι εὐεργετικὸν ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα συνεργητικὸν πράξῃ, πεποίηκε πρὸς ὃ κατεσκεύασται καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ'.

617 VIIII 27 'φύσει γὰρ φίλοι'.

618 VI 44 'ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική· πόλις καὶ πατρίς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ ὁ κόσμος'.

619 II 5 'πάσης ὥρας φρόντιζε στιβαρῶς ὡς Ῥωμαῖος καὶ ἄρρην τὸ ἐν χερσὶ — — — πράσσειν'.

commendare solum eum, verum etiam imperare qua ex caussa motum? Ex ratione sane temporum honeste vivendo iniquorum commendat atque imperat. Etenim etiam tum diligimus homines cum removemus vel exuimus ex vita minus honesta eademque tanquam iugo virtutibus molesto vel plane impedienti earum exercitationem.[620]

620 X 15 ‘Ἰδέτωσαν, ἱστορησάτωσαν οἱ ἄνθρωποι ἄνθρωπον ἀληθινὸν κατὰ φύσιν ζῶντα. εἰ μὴ φέρουσιν, ἀποκτεινάτωσαν. κρεῖττον γὰρ ἢ οὕτω ζῆν’.

III.

Caput prius.

Commentationis nostrae quae est supra facta digestio enumeratioque ad comparationem accincti quid intersit inter unum philosophum et alterum, quidve quo dissideant inter se aut concinant, inquirere pergamus. Sed haud inutile duximus ante leviter adumbrare quid sit quo dissideat uterque aut concinat, si utriusque moralis disciplinae rationem ac naturam universam cunctamque respicere ac ponderare velimus. Cuius rei delineatio priusquam fiat, etiam aliud quiddam quod, cum minus videretur, spectare ad disciplinam ipsam quam ad mentem ac sententiam ad quam disponi disciplinam placuerat, praeterierimus, huc praefulciamus oportebit. Hic quod non ita forsitan sit ut facile mente quis comprehendat, paullo accuratius infra ac certius exponetur.

Antoninus quidem qui posterior tempore fuit, an dignum cognitione Senecam habuerit eundemque cognoverit, levioris videtur esse momenti et id quidem expeditum ad explicandum. Librorum quos Senecae ad scribendum ingenium reliquerat, multitudinem si etiam brevi tantum in conspectu videmus, neglegimus iam antehac coeptam fuisse philosophandi consuetudinem conviviis assuefieri [621] sive ab accumbentibus de philosophia institui sermones ac Romanos qui neglecto quaestionum quae proponebantur fonte a quo quasi capite de rebus singulis disputationes ducerentur, captare malebant in sermocinando flosculos rhetorico more tunc aetatis calamistrosque adhibere, quae res in istum declamitandi morem qui in rhetores nimirum nec non et philosophos invadebat, tanquam morbus Romanorum in dies tunc ingravescebat, ad res morales solitos esse disputare, haud dissimile veri videbitur esse, ut libros Senecae Antoninus cuius animum haud ita raro versatum in cognoscendis laudandisque libris saltem Graecorum philosophantium, si commentarios eius

621 cfr. dBen. IIII 2 '(Epicuraeorum — — —) turba in convivio suo philosophantium.'

inspexeris, deprehendas, si minus in usum suum aliqua ex parte contulerit sive hauserit ex eis tanquam fontibus. nec transscriptarum ex eis sententiarum quidquam inveniatur, at certe quidem paullulum cognoverit. Nec prorsus ignotum Aurelio Senecam fuisse conicimus quoad cogitandi rationem animo informatam, ex magna illa unius cum altero similitudine quae non solum in eo vertitur, quod suo quisque Marte, ut ita dicamus, a Stoicorum doctrina steterat. Ceterum prolapsos illo tempore inter omnes constat ad id levitatis philosophos esse, ut decreta quae proposita erant, vel principia quae dicimus, minus observarent quam quod philosophandi studio bono foret, et hanc potius viam ingrederentur ut collecto electoque ex omnibus quae cadunt sub philosophiam ac reddita quasi artifice conquirendarum comparandarumque rerum ad vitam utilium ipsa philosophia, semper ad singulas quasque vitae difficultates in promptu haberent quo uterentur, eidemque quasi vivum quendam per vitam ducem ac custodem quem consulerent, nanciscerentur. Cuius quidem rei in originem si inquirere velis, ex eo natam fuisse censebis quod principia illa quibus dignoscerentur familiae philosophorum et segregarentur, quantumvis secum verbis dissentirent, re minime dissentire, opinio florebat videlicet longe levissima. Fieri igitur illo tempore ut propria Stoicorum doctrina esset aut effugi ne philosophorum quotcunque nomina potius signifera quaedam essent et idonea quibus tanquam auctoribus qui vellent, vitae suae consuetudinem dirigerent atque excusarent, vixdum potuit. Ex libris quidem Senecae qui teneri Epicuraeos Epicuri nomine congregatos dixit quatenus de eis quae fonti doctrinae dictionibusque consequentia esse saltem voluntas illorum erat,[622] praestabat, ad satietatem illud apparet. — Sed redeat oratio unde deflexit. Eandem igitur vel dicamus

622 v. dVB. 12 'Nec aestimatur voluptas illa Epicuri — ita enim mehercules sentio — cum sobria et sicca sit: sed ad nomen ipsum advolant quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum'. — ibid. c. 13 '(in ea quidem ipse sententia sum — invitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum et recta praecipere et si propius accesseris, tristia; voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur; et quum nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Iubet illam parere naturae. Parum est autem luxuriae quod naturae satis est. Quid ergo est? ille quisquis desidiosum otium et gulae ac libidinis vices felicitatem vocat, bonum malae rei quaerit auctorem et dum illo venit, blando nomine inductus sequitur voluptatem, non quam audit, sed quam attulit, et vitia sua cum coepit putare similia praeceptis, indulget illis non timide nec obscure, luxuriatur etiam nude aperto capite. Itaque non dicam quod plerique nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse, sed illud dico: male audit, infamis est et immerito. Hoc scire qui potes nisi interius admissus?' — dCSap. 15 'Epicurus quem vos patronum inertiae vestrae assumitis e. q. s.'

similem familiae suae rationem uterque etsi sectabatur, tamen satis inde apteque dilucidari nondum poterit, quo id sit modo factum, ut unius cum altero similitudo tanta sit. Verum quidem Frontoni qui haud ita magnam alioquin laudem tribuebat, Senecae libri cum noti essent,[623] quid impedit quo minus Antonino notitiam eorum fuisse concedamus. Etenim magister Fronto Antonini fuerat. Sed ex diversa linguae utriusque natura illud atque quia Antonino, ut qui scriberet Graece, Graecorum potius philosophos, quam Romanorum laudare in animo nescimus an esset, natum fuisse quod de Seneca tacent libri imperatoris, negabis. Mentionem fecit etiam Romanorum veluti Sextii[624] qui auctor fuerat illius familiae Sextiorum[625] ex quibus praeceptor Sotion Senecae profectus erat.[626] Igitur nulla apud Antoninum mentio Senecae cur facta sit, in obscuro est. Quod ne moleste feras. Nec enim permultum inest huic rei momenti ad id quod nos in eo sumus ut explicemus neque ingratius videri poterit quod in nulla alterutrius ratione atque auctoritate, ut videtur, neutra disciplina nixa est.

Est quae non minime cadere videtur in comparationem, haec in primis quaestio e qua mente excogitata cogitando ac disposita utraque sit et qua uterque philosophus utatur. Verum quidem tanto ab uno alter opere in hac re dissentit, ut etiam qui aliquatenus disciplinam perspexerit, cognoscat quod proposuimus. Est autem utriusque animi natura quodam modo contraria. Seneca quidem qui connitatur ut quam primum hominem imperfectum eripiat et in illum editum verticem educat qui adeo extra omnem teli iactum surrexit ut supra fortunam emineat,[627] exigere non dubitat ab hominibus quae qui fiat ut exigat, modo infirmitatis humanae ac fragilitatis ratio habeatur etiam perexigua, vix potest cogitatione comprehendi eoque minus nobis persuadetur magnum illud quod exaudientibus sapientiaeque assectatoribus promittit, posse fieri ut consequantur, quo magis omnibus quae in hominem cadunt, non potest Seneca ipse negare infirmitatem eius premi atque onerari. Quod quidem partim ex eis quae supra exposuimus, iam apparet, partim ex eis intellegi poterit quae transscribendo etiam proponantur oportet et quibus plane rem in eo sumus ut dispiciamus et ut pictor

623 Fronto (Reliq. ed. Nieb. p. 123 sqq.) 'Neque ignoro copiosum sententiis et redundantem hominem esse e. q. s.'

624 Anton. Comm. I 9.

625 Senec. NN. QQ. VII. 32 in.

626 Senec. epp. 49 in. 108.

627 dCSap. 1 in.

colores, distinguamus. Ubi simul Senecae quanta fuerit in disputando levitas atque inconstantia, simul videbis. Est autem species illa sapientiae eximia quaedam de qua cogitamus. Haec eius in mente insidebat. Sed eam utrum possit fieri ut effingat ullus vivus atque exprimat, ipse incertus fuit nec id magnae ei fuisse curae videtur. Ac constantia eius in describendo sicuti diximus desideratur magno opere. Modo enim credito maiora proponit et ex hominum genere eximit perfectum eundemque sapientem, modo monitis quibus excitetur ad conservandam perfectionem, indigere sapientem censet.[628] Dum disputare de hac re supra certis quibusdam caussis eisdemque apertis supersedemus, huius quidem loci quin sit, non dubitamus quam accuratissime hanc speciem verbis effingere ad mentem eius atque adumbrare. Qua in re erit ut, licet pro eis quae senserant superiorum temporum philosophi e familia Stoicorum, minus intellegas, in magnificentiam verba eius composita cognoscas et quanto ipse opere nixus sit ut sapiens et sit et habeatur non veritus ne actiones suae quantum immane a praeceptis moralibus discrepent, alter quidam sagacissimus ad suspicandum reperiat atque exprobret, porro quanto potius spinis disserendi usus sit atque adeo quoquo modo defenderit sua quae modum omnem excederent, quam sicuti in aliis rebus permultis, rationem habuerit humanae infirmitatis atque fragilitatis. Quamquam quid loquimur. Audiamus Senecam ipsum. *Multis*, inquit, *videmur maiora promittere quam recipit humana conditio: non immerito, ad corpus enim respiciunt, revertantur ad animum, iam hominem deo metientur.*[629] Nonne confirmabis quae diximus? Habes eius rationem argumentandi saltem unam aliquam. Eaque quantumcunque singularia etiam exaggerantur. Conferas eis quibus etiam optimus iste Juppiter in periculum vocetur ne metiantur se sapientem.[630] Quod mirabiliter dictum iudicabis. Neve suspiceris nisi a nobis a nullo concludi rationem huius

628 dIr. III 24 ex. 'pro quocunque illud nobis respondeamus, sapientissimos quoque viros multa delinquere, neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsa excidat, neminem tam maturum cuius non gravitatem in aliquod fervidius factum casus impingat, neminem tam timidum offensarum qui non in illas, dum vitat, incidat'. — cfr. dIr. II. 17 ex.

629 Ep. 71.

630 Ep. 73 ex. 'Juppiter quo antecedit virum bonum diutius bonus est: sapiens nihilo se minoris aestimat, quod virtutes eius spatio breviore cludantur. — — — deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit aetate. Non est virtus maior quae longior. Juppiter omnia habet, sed nempe aliis tradidit habenda: ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi omnibus caussa est: sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt contemnitque quam Juppiter et hoc se magis suspicit, quod Juppiter uti illis non potest, sapiens non vult'.

modi vel contorqueri posse, age tu aures erigas animumque attendas ad ea quibus a Seneca ipso affirmetur omni asseveratione quod forsitan hucusque veri saltem minus simile tibi esse videatur. Noli mirari quae sequuntur omnem videlicet fidem excedentia. Fore rem tantum cum paradoxis excusaveris. Speciem igitur sapientis qualem Seneca animo effinxerat vel effictam sibi proponebat, quam esse censes et in quo consistere cogitas? Cuius virtutes has habet. Succurrere sapientem dicit, prodesse, in commune auxilium natum ac publicum bonum ex quo dabit cuique partem, placidum in actu cum humanitate multa et conversantium cura.[631] Facile intellegitur qui factum sit ut prope deos[632] eum dicat esse atque adeo similem illis.[633] Cuius rei certissimam rationem hanc habes. Etenim solus ille virtutem omnem possessam habet[634] et sibi ipsi sufficiens est ad vitam beatam.[635] Virtutem autem qui possidet, quod omnibus rebus pretium imponit, habet idemque solus dives est. Ea demum est vera, ea perfecta, ea sola possessio. Sed eam rem ubi est ut huc revocet, ut possidere omnia omnia sapientem[636] dicat, sibi non deest quin ut recte haec quidem res intellegatur,[637] commoneat. Tantum animo vult omnia possidere eum, nec vero eundem ipso iure.[638] Quid quod

631 dCl. II 6. dVB. 4 m.

632 CHelv. 5 in. '— id quidem (suppl. sapientem me esse) si profiteri possem — — — omnium fortunatissimum et in vicinum deo perductum praedicarem (me)'.

633 dCSap. 8 m. 'sapiens autem vicinus proximusque diis consistit, excepta mortalitate, similis deo'. — dProv. 1 'inter bonos viros ac deum amicitia est conciliante virtute. amicitiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo'. — dTranqu. 8 m. 'Hunc — — — dis immortalibus similem —'. — cfr. etiam dCSap. 6 ex.

634 dCSap. 5 'unius enim in possessione virtutis est ex qua depelli nunquam potest' — ibid. 15 'at illum in aliis mundi finibus sua virtus collocavit, nihil vobiscum commune habentem'. — dVB. 4 'summum bonum est animus — — — virtute contentus'. — cfr. epp. 81 m. 85 ex.

635 Ep. 9 in. 'an merito reprehendat in quadam epistola Epicurus eos qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur Stilponi ab Epicuro — — illud nobis cum illis commune est sapientem se ipso esse contentum'.

636 dBen. VII 6 'possum donare sapienti quod viritim meum est, licet illius sint omnia.'

637 dBen. VII 8 'ergo cum animum sapientis intuemur potentem omnium et per universa dimissum, omnia illius esse dicimus, cum ad hoc ius quotidianum, si ita res tulerit, capite censebitur. Multum interest, possessio eius animi magnitudine aestimetur an censu. haec universa habere de quibus loqueris, abominabitur'.

638 dBen. VII 6 ex. 'sapiens universa animo possidet, iure ac dominio sua'. — cfr. ibid. c. 7 m. 'et sapienti furtum potest fieri. Aufertur enim illi non ex his quae universa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est quae viritim ei serviunt'.

legimus aequo animo sapientem ferre omnia quae casu eveniant[639] et fortunam[640] et similia parva veluti salutandi morem ab hominibus nescimus quo loco aut quo tempore intermissum[641] atque aptare tempori consuetudinem vitae?[642] De conditione eius videlicet affectibus immuni seu apathia * cogitabitur. Neque unquam fortunae sapiens loco cessurus est.[643] Virtus cuius ope ferat illam et vincat,[644] eum tutabitur nec invadi curis[645] eum patietur. Quamquam omnia quibus maiestatem sapientis eiusdemque magnificentiam extollat, cum nihil sint nisi ex eis quae initio proposuerat, collecta ac conclusa, qui fieri potuerit, comprehendes, ut dicat solummodo sapientem eandem ubicunque faciem servare placidam inconcussam[646] etiam in rebus longe difficillimis[647] et veram animi quietem otiosam[648] eamque ab caussam fieri ut officia sua quamvis latissime pateant,[649] sine tumultu obeat.[650] Hoc ita fundatum non posse negat sequi velit nolit hilaritatem continuam[651] eandemque sapientis propriam[652] quam vocat, laetitiam altam atque ex alto venientem nec turbatam aut corruptam,[653] cum intus habitet.[654] Igitur nulla eum affici aut iniuria aut contumelia posse apparet.[655] Et ut paucis

639 dCSap. 19. cfr. dIr. II 17. cHelv. 5 in. 'nec secunda sapientem evehunt, nec adversa demittunt'.

640 dVB. 5 m. 'hanc (suppl. libertatem) non alia res tribuit quam fortunae neglegentia. Tum illud orietur inaestimabile bonum, quies mentis in tuto collocatae, et sublimitas expulsisque terroribus ex cognitione veri gaudium grande et immotum'.

641 dCSap. 13 'quemadmodum non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis ultimae salutanti mutuam salutationem non reddiderit: sic nec se suspiciet quidem, si illum multi divites suspexerint. scit enim illos nihil a mendicis differre, immo miseriores esse. illi enim exiguo, hi multo egent. Et rursus non tangetur, si illum rex Medorum Attalusve Asiae salutantem silentio ac vultu arroganti transierit'.

642 Fragm. ap. Lact. inst. chr. III 15 (ed. Bip. IIII p. 415. Haas. III p. 422). 'Faciet sapiens — — etiam quae non probabit, ut etiam ad maiora transitum inveniat, nec relinquet bonos mores sed tempori aptabit, et quibus alii utuntur in gloriam aut voluptatem, utetur agendae rei caussa'.

643 dTranqu. 11 in.

644 Ep. 71 ex.

645 dCSap. 13 ex.

646 dCl. II 5 ex.

647 dCSap. 3 ex. 9 dTranqu 3 ex Fragm. ap. Lact VI 17. (Bip. IIII p. 416 Haas. III p 444).

648 dIr. II 13 m III 6 in. 25 m dCSap. 9.

649 dBen. VII 3.

650 dIr. II 14. Ep. 111.

651 dVB. 4 ex.

652 Epp. 59 in. 72 ex.

653 Ep. 72 m.

654 Ep. 98 (cp. 63 ex.).

655 dCSap. 13 'quid est autem quare hanc animi firmitatem non credas in

* 'apathiam' vocabulum Latine scriptum (semel ep. 9) praebet ed. Haasiana, ἀπάθειαν ed. nos. Bip.

Seneca complectatur, illa quae sapientem tuentur, et a flamma et ab incursu tuta sunt, nullum introitum praebent, excelsa inexpugnabilia diis aequa.[656] Sed hanc speciem nescimus an nondum satis excelsam cum existimaverit, non solum posse fieri[657] contendit, verum etiam esse, ut[658] etiam diis sit sapiens superior.

Antoninus vero num et ipse in talia decucurrit qualia Seneca?[659] Et eius quidem ὁ τέλειος ἀνήρ aut ἡ τελειότης τοῦ ἤθους quam simpliciter modesteque describuntur? Ille scilicet quae erat eius animi natura generi humano eiusdemque viribus plus rationis tribuens, quam perfecti hominis speciem tanto tamque magno opere ac labore describere, affectare illam τελειότητα et consequi melius duxit. Neque in caussa est cur dubitemus quin fuerit ut ob oculos ei id usque versaretur.

Revertamur ad Senecam. Hanc haud alienam a re sententiam sibi videtur esse ut sapientiam ipsam addubitari non possit quin consequatur ullus. Hoc tamen Senecae quis erit qui credat, donec ostendat hominem in quem iam omnia quae circa speciem sapientis disputaverat, quadrent,[660] nec verborum eius magnificentiam coarguat et quae disconveniant disserendi vel secum colloquendi simplicitati Antoninianae, contra dicat? Etiam diis licet superior quasi proponatur sapiens, num minus corporalis eius natura

virum sapientem cadere cum tibi in alliis idem notare, sed non ex eadem caussa liceat? — — — 'Hunc affectum adversus omnes habet sapiens quem adversus aegros suos medicus — — — scit sapiens omnes hos qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratosque male sanos esse: quos non aliter videt quam aegros intemperantes. Itaque ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt adversus medentem, et quo animo honores eorum nihilo aestimat, eodem parum honorifice facta'. — ibid. c. 2 'nullum enim sapientem nec iniuriam accipere, nec contumeliam posse'. — c. 9 'haec effugit sapiens qui nescit nec in spe, nec in metu vivere. — — — caret — perturbatione vir erectus, moderator sui, altae quietis et placidae e. q. s.'

656 dCSap. 6 ex.

657 dProv. 6 in.

658 Epp. 53. 73.

659 Anton. Comm. III 4 'χρὴ μὲν οὖν καὶ τὰ εἰκῆ καὶ μάτην ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περιΐστασθαι, πολὺ δὲ μάλιστα τὸ περίεργον καὶ κακόηθες· καὶ ἐθιστέον ἑαυτόν, μόνα φαντάζεσθαι περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπανέροιτο. Τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο ὅτι τὸ καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι ὅτι πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμενῆ καὶ ζώου κοινωνικοῦ καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινὸς ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας ἢ ἄλλου τινὸς ἐφ' ᾧ ἂν ἐρυθριάσειας ἐξηγούμενος ὅτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. Ὁ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον κτλ.'

660 dTranqu. 7 ex. dCSap. 7 in. Ep. 20.

videtur esse?[661] Cuius naturae ut meminerit sapiens, etiam ipse Seneca nonne commonet? Quid? Errare videtur Seneca nec aliud esse eius verba quam expressa quasi et concessa humanae naturae debilitati. Igitur paullum inconstantem fuisse Senecam cum intellexeris, mirabile vixdum putabis quod est ut magnum aliquid tribuat sapiens suis ipsius verbis hisce quibus quocunque die diis immortalibus, si a se rationem repetant, adnumerare genus humanum paratum se praedicet.[662] Et hoc quidem praedicandi modestius de sapiente initium fuisse mox videbis. Cothurno soccum, ut ita dicamus, mutare et maiorem paullatim sapiens rationem humanitatis habere coepit atque agere quae est etiam eius conditio vitae mortalis et caduca, condiscimus eum cum exceptione id quod si unus idemque sapiens etiam esset, mente paene posset comprehendi. Quodsi nunquam sapiens agit, nisi quod cavet aliquem adversarum rerum vel obstaculorum interventum,[663] quonam fieri censemus modo ut cadat in eum quam multis Seneca extollit verbis, omnium rerum etiam futurarum scientia? Abreptus[664] scilicet ad magnificentiam orationis summam erat, quoniam etiam diis superiorem sapientem conclusis omnibus rationibus esse cognoverat neque alia ex caussa, ut videtur, factum erat ut exclamaret illud: Ecce vir fortis ac strenuus.[665] Profecto assentiri nos atque plaudere iuvisset plenos gaudio pulcherrimae rationis nisi aliquantum remitteret orationis genus ac submissius disputaret,[666] oportere persuasum habuissemus. Haec sibi contraria si velimus computare, hac interrogatione apte fiet ut concludamus exclusisse quidem eum omnia quae rationi disconveniunt, verum concessisse usui severitate atque studuisse nec potuisse cum usu rationem conciliare.

M. illum Aurelium Antoninum eo delapsum non vidimus esse ut quae dixerat, dilueret mox vel negaret. Quae quidem res non minima ex eis est quibus ab uno philosopho alter discrepet, quoad fiat ut in universum quaeramus. Est potius eius in scribendo moderatio modestia-

661 Ep. 65 'sapiens assectatorque sapientiae adhaeret quidem in corpore suo, sed — e. q. s.'

662 dCl. I 1.

663 dBen. IIII 34 'Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quae erant, cum sumeret. — — — Ceterum ad omnia cum exceptione veniet. Si nihil inciderit quod impediat: ideo omnia illi succedere dicimus et nihil contra opinionem accidere quia praesumit animo posse aliquid intervenire quod destinata prohibeat'. — cfr. dTranqu. 11. 13.

664 cfr. etiam dBen. VII 3. dCl. II 6 '! — deorum more calamitosos propitius respiciet'.

665 Ep. 9.

666 Ep. 109 m. 'sapiens non potest in habitu suae mentis stare nisi amicos aliquos similes sui admisit cum quibus virtutes suas communicet e. q. s.'

que qua ne mire dicta reperias, praecavetur. Quamobrem non miraberis si *τὸ ἔνδον κυριεῦον ὁρμᾶν πρὸς τὰ ἡγούμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως* censet.[667]

Eam ipsam ob caussam huius rei natura cum talis esset, haud difficulter huic tertiae commentationis nostrae parti reservari poterat. Minimedum peracta est. Etenim stultorum qui contrarii sapientium perhibentur, etiam nunc habenda ratio erit, quam non est tamen ut speciem stultitiae sicuti supra sapientiae, id quod saltem singularius scilicet ac lepidius significatum esset, animo effingamus. Simplicibus verbis opus est. Contrarium stultum non habere Seneca qui tantis tamque magnis sapientem verbis extulisset, non potuit. Et boni nullius est, nulla virtute ornatus nec inde potest ostendere suum.[668] Praeditus est omnibus quae virtutum contraria perhibentur nec quidquam mali excogitabis quin sit stulti proprium. Porro bonum cum nihil sit nisi virtus nec virtute ornatus ulla stultus, sequitur ut boni possideat nihil omnia mala nec vero hoc dicit Seneca, sic esse in eo omnia mala seu vitia quo modo in quibusdam singula eminent, sed malum ac stultum nullo vitio vacare.[669] At vero Seneca quid dicet, si hoc in eum ipsum velimus referre nulla de se aut modesta opinione captum se esse iactantem?[670] Nec modo non posse eum ut contra dicat, indicabis, sed ne negare quidem insanire se aliquo modo, ut sua ipsius ad eum verba conferamus, atque haud inutile ei fore aliquantulum ellebori.* Sed quantum eis quae hucusque attulimus, periculi insit, si quae consequentia sunt, respicies, infra differas.

Antonini vero ex libris non similem modo descriptionem stulti transscriptam contra non proponere, sed ne vocabulum quidem possumus. An intellegere stultum *τὸν ἰδιώτην* Antoninianum vis? Quae quidem res inde quod impar est librorum utriusque amplitudo, si collegitur, eademque caussa ex qua factum est ut aliquanto rarior in scribendo Antoninus sit, si aliunde pendet, quod nusquam ibi vocabulum obviam fit, hoc procul dubio recte existimaveris notitia dignissimum. Aberit speramus dubium

667 Anton. Comm. IIII 1.

668 dBen. II 35 ex.

669 dBen. IIII 27. — Adicias quae leguntur dBen. VII 26 'Alius libidine insanit, alius abdomini servit, alius lucri totus est cuius summam, non vias spectat. alius invidia laborat, alius caeca ambitione et in gladios irruente. Adice — q. s.'

670 cfr. dVB. 17 ex. 18. Epp. 45 in. 57 (rel. 75 ex.). 79 m.

671 Haec autem species illius generis modo per se ipsa species, modo color (Ep. 52) denotatur, modo nota (ibid.), eaque in triplicem partem ita ut primum dixerit colorem aut primam notam, alterum colorem, tertium. Egit de proficientium genere eiusdemque coloribus aut notis compluries (dCSap. 19. dVB. 24. Epp. 72. 75 al.).

* dBen. II 35 ex.

quin quoniam Antoninum versatum in verecunda illa modicaque scribendi ratione esse cognovimus, aliqua ex parte admiremur.

Comprehensis eis quae ab utroque philosopho proposita sunt, sequitur ut de sapiente deque eo qui contrarius eius est, subtilius quam Antoninus Seneca oratione egerit, absque uno alterum verbis segregaverit rationemque generis proficientium specierumque ad quas haud raro ipse attendit animum, quod genus hominum si minus vocabulorum genere at certe re quidem eis quae χείρονα Antonino et κρείττονα intelleguntur, consentit, eatenus habuerit quatenus intervallum illud quod inter sapientes est et stultos, commode tollitur. Sicuti ab una parte virtutem et vitium, sic ab altera censet esse bonos et malos nec quidquam inter utrumque genus hominum. Sed quo id iure, recte quaeres? Nec nos quidem cur qui etiam aliquid virtute progressus sit, et ipsum hunc vitiosum esse velit, comprehendimus nec cur cuicunque absit aliquid ad bonum, malum esse censeat.[672] — At vero nonne ipse fatetur non statim pusillum esse si quid maximo minus sit?[673] Quid quod Seneca negat philosophiam ideo nihil sanare quia non omnia[674] et iniustum esse si quis Socrates Diogenes Zenones quos non est tamen ex eius quidem iudicio cur quis neget nondum sapientes quales ipse intellexit, fuisse aut bonos, id quod nihil aliud est quam malos ac vitiosos, eosdem contendat insipientes fuisse, id quod non esset contra alternationem eius. Denique si sint qui parum constantes ad custodienda optima habeantur, nonne ipse secundum illum alterum gradum esse vult?[675]

Tanta igitur tamque magna rerum notionumque confusio cum sit ut ad res referat quae tantum in notiones rerum quadrant, tantusve eius ardor invehendi in artem disputatricem tanquam supervacaneam[676] quam nescimus an quis valde dubitaverit quin ignoret, qui factum sit ut ista contenderit, nemo quaeret. Sed de rebus divinis pariter ac de humanis deprehendes diversum ab uno alterius iudicium. Ubi haud minime internoscatur aut ambigua Senecae ut qui modo rationi faveat, modo usui, natura neglegatur oportebit. Rationi quidem ubicunque favet, ea quae affert, contraria sunt eorum quae Antoninus. In memoriam revocabis veluti superiorem diis sapientem. Numquid aequo animo res adversas, numne lubenti ferri Senecam prodocentem putabis esse? Qui superior diis est, aliud quid hic quam contemnere adversas res num poterit? Etiamque ubi saltem aliquam humanitatis rationem habere vult, eius in verbis aliquod

672 Ep. 92 in.
673 Ep. 100 in.
674 Ep. 94 in.
675 Ep. 75.
676 Ep. 58 in.

animi tam pii tamque patientis Antoniniani desiderabis. Quo tanquam summo concedit rationi, hoc est, ut vetet capi molestiam ex rebus adversis aut admurmurari, sed neget devitari illas posse. Etenim proprium illud esse mortali nostrae corporis conditioni vel dicamus consequens[677] intelleges et id quidem inprimis ex hisce verbis praeter alios locos non paucos qui quasi luminibus quibusdam verborum ac sententiarum scatent. *Quisquis*, inquit, *queritur et plorat et gemit, imperata facere vi cogitur et invitus rapitur ad iussa nihilo minus. quae autem dementia est potius trahi quam sequi? tam mehercules quam stultitia et ignoratio conditionis est suae dolere, quod est aliquid aut incidit durius, aeque [ac] mirari aut indigne ferre ea quae tam bonis accidunt quam malis, morbos dico funera debilitates et cetera ex transverso in vitam humanam incurrentia. Quidquid ex universi constitutione patiendum est, magno suscipiatur animo. ad hoc sacramentum adacti sumus ferre mortalia nec pertubari eis quae vitare non est nostrae potestatis.*[678] Ceterum ille maxime Seneca qui cum ratione conciliare usum studet, his verbis usus est. Contra ea eius verba quibus iubet ferri lubenti animo res adversas tanquam missas divinitus[679] quibus examinetur virtus eorum[680] inde quantum distant vel differunt.

Hac in re licet inter utrumque philosophum convenire videatur, tamen dum in unum eundemque modum scripti libri Antoniniani prorsus omnes sunt, superbiae aliquid per omnem fere serpit orationem Senecae quantumvis interdum submissam et arrogantiae, ut aiunt, Stoicae. Saltem aliquanto non concedi usui, ne philosophari omnes fastidiant, non posse licet iure persuasum habeat, recto tamen eius animo minus quam scribendi generis positi vel maximam partem in declamitando et magnifice loquendo eiusdemque parum providi levitati atque exilitati est cur putes

677 dIr. II 28 in. CPolyb. 30 in. CMarc. 10 in. 20 ex. Epp. 4 ex. 30 in. 37 m. 99 in. 117 m. 120. NN. QQ. II 59. VI 32.

678 dVB. 15.

679 Ep. 74 'placeat homini quidquid deo placuit'. — 98 in. 'illud frequenter et sine querela inter singula damna dixeris: Diis aliter visum est'. — ep. 107 ex. 'optimum est — — deum quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari'. — cfr. etiam epp. 91. 96. dProv. 4 m.

680 dProv. 3 '(gladiator) scit eum sine gloria vinci qui sine periculo vincitur. idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quaerit quosdam fastidio transit'. — ibid. c. 4 m. 'ipsis, inquam, deus consulit quos esse quam honestissimos cupit quotiens illis materiem praebet aliquid animose fortiterque faciendi, ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. — — — Calamitas virtutis occasio est. — — Hos itaque deus quos probat, quos amat indurat, recognoscit, exercet e. q. s.' — cfr. dBen. II 29 in.

veri simile esse ut condonari modica ista ut videtur et vocabula et enunciata debeantur. — Verum longe inde Antoninus discrepat. Huius fides ac humanitas viget nec unquam quoad scimus in dubium vocatur aut violatur. Est enim pius in eo animus verecundus temperatus. Quae res cum ex multis aliisque locis apparet, tum ex illa qnam integram transscribere libet, gratiarum actione qua suam in deos pietatem gratissime in perpetuum comprobavit ac memoriam animi sui consecravit. Unde potest collegi qui factum sit, ut abhinc paene omnes qui melius eius legerant libros post ipsius memoriam multo magis quam Senecam Antoninum coluerint. Sunt autem haec verba eius Latine versa. *Diis*, sic enim ait,[681] *acceptum fero quod bonos avos bonos parentes bonos praeceptores bonos amicos bona omnia fere habuerim. Numinis beneficio factum est ut quantum ad deos attinet ac suggestiones adiutationes inspirationes ab ipsis profectas, nihil obstet omnino quominus iuxta naturae praeceptum confestim vivam nisi ipse tandem in culpa sum qui deorum submonitiones tantum non claras praeceptiones neutiquam observem. Etenim omnia illa diis adiutoribus indigent.* —

Jam vero existit etiam hoc loco quaestio num alienus a rebus dialecticis Antoninus sibi constiterit et quanto magis quam Seneca? Ille ut qui rationi haud ita multum tribuat, non in caussa esse sibi videtur, cur minus in considerandis eis quae ad hanc partem disciplinae pertinent exponendisque propter se ipsis versari[682] quam in eis quae praecepta habet ad mores spectantia aut ad deos velit.[683] Cui rei operae pretium negat inesse sicuti ipso initio huius commentationis iam diximus nec gerit ullam curam rationis viaeque qua in eis quae proponit, utatur, sed quaerere potius quid agatur, vult quam cur agatur.[684] Tantum modo in eo quod in vitam inquirit in eaque quae ad hanc pertinent, rem ponit. Unde

681 Anton. Comm. I 17 'παρὰ τῶν θεῶν τὸ — — ἔχειν. — — — τῶν θεῶν δὲ εὐποιΐα — — τὸ φαντασθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου ἐναργῶς καὶ πολλάκις, οἷός τίς ἐστι· ὥςτε ὅσον ἐπὶ τοῖς θεοῖς καὶ ταῖς ἐκεῖθεν δόσεσι καὶ συλλήψεσι καὶ ἐπιπνοίαις μηδὲν κωλύειν ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με, ἀπολείπεσθαι δὲ ἔτι τούτου παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ θεῶν ὑπομνήσεις καὶ μονονουχὶ διδασκαλίας· — — — πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν — — δεῖται'.

682 Ant. Comm. I 17 ex. '(τῶν θεῶν εὐποιΐα) τὸ μηδὲ — — — συλλογισμοὺς ἀναλύειν —'.

683 Comm. II 13 ex. '— πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα — — ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινὰ δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν· οὐκ ἐλάττων ἡ πήρωσις αὕτη τῆς στερισκούσης τοῦ διακρίνειν τὰ λευκὰ καὶ μέλανα'.

684 V 9 'καὶ μὴ ὡς πρὸς παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανιέναι'. — VI 45 'ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει· ἤρκει τοῦτο. Ἀλλ' ἔτι ἐκεῖνο ὡς ἐπίπαν ὄψει παραφυλάξας, ὅσα κτλ.

natum esse facile iudicabis quod definitionem sapientis instituere homines minus debent quam quod gerant curam ut fiant sapientes.[685] — Seneca vero qui invehitur non semel in rationes dialecticas, si hanc artem neglegere vel spernere ac contemnere pergeret, praesertim cum in animo ei esset, uberius quae cogitatione proposita tenebat, enarrare atque exponere, non confiteri non potuit magno se opere errare. Atque ex libris eius etiamsi facile collectio haec fit ut invehatur maxime in istum ludum literarium philosophorum qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant, qui animum minuta docendo demittunt et conterunt,[686] tamen paullum caveat opinetur multum abesse quin in istis subtilissimis ac captandi verba amantissimis etiam ipse habeatur.

His omnibus expositis species illa sapientiae qualis in utriusque philosophi mente insederit, postquam satis adhuc et facile dixeris, iusto amplius inquisivimus, a d e a q u a e s i n g i l l a t i m t r a c t a n d a p r o p o s u i m u s p e r g a m u s. Libet autem eandem sequi partitionem qua in expositione disciplinae utriusque usi sumus.

Et p r i m u m q u i d e m f o r m u l a m quae constituenda est quam si sunt qui sequantur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedent, qualem statuerit et quo id modo exprimere verbis instituerit, facilis comparatio erit. Est enim utriusque, si inaequalitatem vocabulorum quam linguarum disparilis natura effecerat, excipies, eadem sententia. Seneca quidem qui censet hoc tanquam summum petere homines debere, ut congruenter convenienterque vivant naturae humanae eidemque universae, nihil aliud sibi vult quam Antoninus quem scimus summum proposuisse *τὸ ὁμολογουμένως βιοῦν τῇ φύσει τῇ κοινῇ καὶ ἀνθρωπίνῃ*. Parem cum hoc summo bono Seneca quodsi exhibet virtutis naturam et vitium quod contrarium virtutis est, summum malum et a natura defectionem existimat, nec aliter se res habet, si ad Antoninianam *ἀρετὴν* spectamus aut *κακίαν* quam quidem multo certius tanquam a natura abalienantem exsecratur imperator philosophus quam philosophus rhetor. Praeter virtutem nihil borum ab Antonino proponitur, dum etiam praeter illam bona esse Seneca vult, verumtamen sat definite a summo bono internoscit. Igitur eo minus erit cur putemus in eo operam Antoninum contulisse ut

685 X 16 *'μηκέθ' ὅλως περὶ τοῦ οἷόν τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα δεῖ διαλέγεσθαι, ἀλλὰ εἶναι τοιοῦτον'.*

686 Epp. 71, 6. 90, 25.

bonorum natura qualis sit, accuratius expendat etiamque in species disiciat et distinguat a bonis animi ea quae corporis sunt et quae fortunae. Sed mittamus quae supra exposuimus. Rem cunctam si ponderabis quae nec virtus sint nec vitium, haec in medio ponenda esse seu media vocanda vel indifferentia et ab uno et ab altero censeri videbis. Sed parum definite disputare Senecam indicabis ubi, utrum vera bona animi sint, eademque quae non virtute contacta fuerint, bona sint, in incerto relinquitur. Concedere facile est, si usum respicimus, non facile, si rationem. Nihil bonum esse si rationem spectabis, nisi virtutem, nec malum nisi vitium nec non et indifferentia definitius effatum Antoninum quidem esse non negamus, verum debere ex ratione animi distingui inter bona virtute contacta et mala vitio contacta, porro ex corporis ratione et fortunae inter commoda et incommoda, impetrare ab eo non potuimus. Quanto igitur minus etiam in caussa erit cur dicamus ineptiis istius modi quibus Seneca qui nescimus quo consilio forte hoc, ut conscientiam suam mitiget aut periculum ne quid exprobrent sibi alii, avertat, sapientem quamvis nihili indigentem nihilo minus divitias possidere permittit, indulsisse etiam ipsum Aurelium ut qui ab hominibus quam longissime auferre tentandi materiem quam res praebent, malit quam admittere aut sperare fore ut virtutes solito plures etiam explicent et ut qui ceteris omnibus rebus praestare censeat recessum in animum ubi solummodo quietem homines recuperent et salutem eis utilem ac necessariam.

Contraria quidem eorum indifferentium quae bona ab ipso nuncupentur, quin mala iudicet, a se vix Seneca potest impetrare. Age exemplo probetur. Posidonianam enim interrogationem nonnulla ex parte emendaturus, *quae*, inquit, *neque magnitudinem animo dant, nec fiduciam nec securitatem, contra autem insolentiam tumorem arrogantiam creant, mala sunt.*[687] At vero quis facile quaeret, quid in caussa fuerit cur modo adeo severe invehatur Seneca, modo adeo leniter indulgeat, modo vetet, modo cedat? Quid? cum rarius quam cedat, vetet, quid rectius contendes quam hoc ut dicas Senecam cuius in huius modi res tanquam indifferentes maxime propensum animum cognoverimus, sibi minus constitisse quoad mala esse illa probare semel experitur. Nimium nimirum iudicabis id esse. At et ipse insuper nonne fatetur a fortuitis in haec impelli.[688] Jam vero redeat oratio unde deflexit. — Tam in contempla-

687 Ep. 87.

688 ibid. — Etiam haecce verba Senecae commode huc referuntur. (Ep. 81) 'Abstrahunt', inquit, 'a recto divitiae honores potentia et cetera quae opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia. Nescimus aestimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum quo mentes in se no-

tione quatenus uterque concedit, quam in actione versari virtutem, cum Seneca Antoninus consentit. Quam ab caussam nescimus an intellegatur quo iure, cum bifariam distributam virtutis naturam ab utroque esse noverimus, eundem in modum ac Senecae disciplinam Antoninianam distribuerimus interposita videlicet illa parte altera τῆς παθολογίας quam ipse cognominavit. Nonne etiam in eo congruunt quod tantum virtutem sufficere ad beatam vitam neque addi quidquam ope rerum indifferentium, modo illa ipsa in promptu sit, contendunt? Rei tamen caput quod est ut quae ratio, si respicimus decretum summum, intersit inter utrumque quaeramus, ubi de affectibus (περὶ παθῶν) uberius et de actionibus (περὶ πράξεων) comparabimus, erit cur exponamus. Tantum vero esse unam virtutem ac multitudinem illarum virtutum quas nominavit, nihil esse nisi variarum rerum in usum accommodata nomina (ὀνόματα) sive ab eis quae res exigunt, appellata, id quod Antonini quidem iudicium aut, sicuti vult Seneca, eandem illam virtutem unam atque omnium primam ubique esse, sed eam efficacem aut in unam partem aut in alteram, easdemque singulas quascunque virtutes pares omnino inter se esse non cadit iam in inquisitionem. Etenim ex illis quae supra exposuimus, apparet.

Pergendo videamus quae sit utriusque de affectibus consensio et de singulis hanc in partem vocibus. Quamquam longius quae huc pertinent veluti quo incipiant modo affectus et crescant, expendere dubitavimus utpote quae res ad naturalem magis philosophiae partem quam ad moralem pertineat, et tantum modo eam ob caussam ad moralem admissa sit quo facilius quae quoad singulas quascunque res praeceperat, cognoscantur et quo certius quid caussae fuerit cur praecepta sint et unde factum sit ut invicem respiciant, intellegatur. Bene quidem si cogitando perceperis quas singillatim supra tractavimus, notiones, comparationem illarum haud difficile erit ita instituere ut primum de vocibus quaeratur, tum cognoscatur de praeceptis.

Opinio quidem quae apud Senecam obvia datur, aut ὑπόληψιν deprehendes aut φαντασίαν ab Antonino appellatam, verum utramque non eandem intellectam. Pro eo ut circa bonum ἡ ὑπόληψις vertatur, ἡ συγκατάθεσις quae modo approbatio a Seneca, modo consensio vocatur, subsequitur, pro eo ut circa malum, pars altera τῆς συγκαταθέσεως vel contraria eius pars cuius vocem Antoninus non exhibuit et quae repraesentatur reprobatione Senecae vel dissensione. Ex consensione igitur quid oriatur et ex dissensione, ἡ ὄρεξις vo-

stras trahant praeter hoc, quod mirari illa consuevimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudantur, sed concupiscuntur quia laudata sunt'.

cabulum sive impetus docet atque ἡ ἔκκλισις sive fuga quas voces nihil obstat quo minus primum istum quem Seneca dicit, motum intellegamus. Motum alterum ab una parte invenimus expressum vocabulo τῆς ὁρμῆς quae non est tamen ut in alterutram quoque partem intellegatur, et quae subsequitur τὴν ὄρεξιν. Atque unam — ὄρεξιν — deinceps alteramve — ἔκκλισιν — partem subsequitur tertius iste motus quem non possumus τὴν κρίσιν Antoninianam non intellegere. Hunc excipit τὸ πάθος sive affectus qui postquam placido ac prope molli gradu processit, confestim prosilit. Facilis est ad τὸ ἀῤῥώστημα sive ad aegrotationem via affectibus non eiectis vel exstirpatis. Esse autem opinionem stirpem omnium affectuum [689] cum Seneca supra dixit, tum Antoninus quem quidem non est tamen cur negemus quanti sit opinio momenti nec non et quid in impetu momenti quidve in fuga sit, [690] saltem definitius idque haud paullulo definitius quam Senecam qui non investigavimus quid similem in modum dixerit, inquisivisse. Igitur maxime circa opinionem quae praecepta ab utroque et quidem nulla unius ab altero dissensione proponuntur, versantur. *

Loqui de affectibus supersedemus qua ex parte claudicat utriusque disciplina et ad coniecturas ex Stoicorum vestigiis capiendas relegat sive quod singulorum originem sive quod gravitatem respicies. Quamquam ab hac parte disciplinae utriusque concordiam quandam non desiderabis. Illas voces denique proprias Antonini συστολὴν λεληθυῖαν a Diogene quoque Laertio usurpatas procul dubio scis quibus hic scriptor explicavit quid ἡ λύπη significet apud Stoicos. [691]

689 Anton. Comm. III 9 ‘τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν σέβου. Ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν — —’.

690 Comm. XI 37 ‘τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συγκατατίθεσθαι εὑρεῖν καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα μεθ’ ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικαί, ἵνα κατ’ ἀξίαν· καὶ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι, ἐκκλίσει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ’ ἡμῖν χρῆσθαι’.


691 Diog. L. VII 12.

*) Libet ea quae supra exposita sunt, quasi sub uno quodam conspectu ita ponere ut affectus quo praeparentur modo atque exoriantur, sed ab humana natura ipsa, non ab opinione solum quasi per stemmata repetere observatis quam optime propriis utriusque philosophi vocabulis. Eam rem modo quis inspexerit aut percucurrerit, haud magna erit difficultas ne intellegat, quo iure πηγὴν τῶν παθῶν τὴν ὑπόληψιν (Comm. VII 62) esse dixerit Antoninus. Quamquam etiam ἡ ὁρμὴ neque eodem iure, licet per se ipsa recte, πηγὴ ab eo intellegitur atque explicatur (VII 63). Id in Senecam disputavisse scis. Atque in proponendis hisce humanam quidem naturam totam unde exordiamur veluti corpus cuius membra solvuntur secando atque explicantur quasi ita dispescuimus ut partes iaceant ac possint internosci vel notari eis vocibus quae ex utriusque philosophi libris ipsis desumptae sunt, verum ita ut imprimis quae ad affectus de quibus maxime haec disputatio est, pertinent, conditiones quae πεῖσις ἐνέργεια ὑποληπτικὴ intellegandae infra exhibebuntur, pro-

Restat etiam ut in eadem re quae quidem omnes effugisse videtur Stoicos, et unum peccavisse et alterum moneamus. Quatuor enim illos affectus esse dum arbitrantur, male internoscere eos recte coargues. Nempe prorsus alias cupiditates (ἐπιθυμίας) esse, si naturam respicies, nulla mora largiere quam reliquos affectus qui intelleguntur, moerores (λύπας) dico, laetitias (ἡδονάς), timores (φόβους). Meritum igitur utrumque sicuti in examinandam hanc moralis partem quae circa animam vertitur hominum et corpus eorum, id quod cum Stoicorum scilicet familia commune eis est et quasi per traductionem quandam acceptum, sic in definitam affectuum singulorum naturam esse negare non dubitabis.

Maioris momenti in comparatione paene quidquam deprehendes quam τὸν δαίμονα Antoninianum de quo supra suo loco diximus.

ponantur et explicentur. Quibus praefulciendi caussa dictis quid impedit quo minus, haec tabula quaedam quid sibi velit, sat comprehendi posse coniciamus?



Jam vero *pergamus ad brevem comparationem praeceptorum.* Tractari motus vel curari quem ad modum voluerit eorumque ordinis deinceps intervalla respexerit, ut scias, habes hoc quod supra iam proposuimus ab Antonino praeceptum. '*Ἐξαλεῖψαι*', inquit, '*φαντασίαν, στῆσαι ὁρμήν, σβέσαι ὄρεξιν*'. His verbis similia alias invenies et quoad sibi conscius sit momenti quod inest rebus indifferentibus inque primis ad has res pertinere quibus in universum opus est ad praecipiendum arbitretur, hoc quidem ab hominibus exigit ut velit *φαίδρυναι ἑαυτὸν ἁπλότητι καὶ αἰδοῖ καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιαφορίᾳ.*[692] Similia a Seneca nullo labore petes. Namque unde fiat ut incipiant affectus vel exoriantur, porro naturae repugnare affectus cum nec Seneca ignoret neque Antoninus, ne de praeceptis quidem fieri non potest, ut inter utrumque saltem maximam partem conveniat. Verum etiam minus dissimilia inter se comparari posse quis negare aut supervacuum ducere velit? Quamquam in hanc rem cum suo loco utrobique sat inquirendo enucleaverimus, singula praecepta relegere et consensionem utriusque in hanc partem aut dissensionem recognoscere supersedentes scilicet cum pace saltem eorum qui ad expositionem ipsam disciplinae utriusque accesserint, ad hanc relegemus. Haud magna inde apparebit praeceptorum discrepantia. — Priusquam tamen pergamus, monere libet etiam enunciata singula utriusque philosophi definitionibus saltem similia quibus, circa quas res, si naturam spectas aut tempus, affectus vertantur, comparando cognoscas. Sunt autem rara verba huius modi neque ita multa.[693]

Denique *comparemus actiones.* Ante omnia in *notiones* inquirendum erit. Nec tamen iam id quaerimus quod per se ipsum liquet, utrum bona sit actio aliqua, an mala, sed id et quidem maxime quae ratio sit inter singulas in unam alteramve partem actiones, et utrum pares inter se sint necne. Disparilem male actorum naturam multo definitius Antoninus quam Seneca, quin Antoninus solus prope dixerimus

692 Anton. Comm. VII 31.

693 Cfrs. cum alios locos tum maxime hosce: Senec. dVB. 4 '(animus — —) quem — — fortuita nec frangant' et Anton. Comm. IIII 49 '— *οὐ — ὑπὸ τοῦ παρόντος θραυόμενος*'. — Porro Senec. ep. 74, 12 '(virtus) praesentibus gaudet nec concupiscit absentia' et Anton. Comm. X 1 '*ἀρκεσθήσῃ τῇ παρούσῃ καταστάσει καὶ ἡσθήσῃ τοῖς παροῦσι πᾶσι*'. — Denique Senec. ep. 95 (omnes exsequi numeros) et Ant. C. III 1 (*τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν*).

proposuit. Ab exteriore tamen parte hominum illas actiones pro eo ut relegaverint et mentem humanam esse aut turpiter acti aut honesti sedem dixerint, consensisse utrumque concedes nec vero ubi inter bonas actiones distinguendo operam navant. Aliud enim initio expositionis disciplinae docuerant, aliud iam collegunt ex eis quae de bonis cogitatione ficta profitentur. Itaque Seneca aut Antoninus qui quidem duo non de eiusmodi tantam actionibus quae secundum rationem sunt — de honesto autem dicimus quod idem atque ἡ κατόρθωσις — verum etiam de eis quae simpliciter bonae sunt hoc est pro hominum iudicio bonae — hoc vero decorum est et idem ac τὸ καθῆκον Antoninianum — scripserunt, ubicunque animum respicere student, ratione usum superiorem esse vel usu rationem vinci non contendere non possumus. Culpam denique cuius ratio nulla in Antonini libris habita est, a Seneca solo definitam esse constat.

Quibus consideratis transeamus ad actiones ipsas. Ac primum quidem de d i s p o s i t i o n e cognoscendum. Qua in re ita ab uno alter dissidet ut Seneca partem tertiam habeat quam primam proponit disciplina Antoniniana. Sed ubi quaeritur qua facilius ac melius ita disponatur ratione ut parti alteri tertia iuncta existimetur, haud difficile quidem erit dicere, utra potior sit vel utri plus tribui possit momenti. Caussas ex quibus nescimus an factum esse putemus, ut suam Seneca propriamque rationem secutus rem digesserit, modo leviter cognoverimus, haud minus probabilem etiam eius modi rationem existimabimus. *Nihil*, inquit, *per se quemquam decet: refert quid cui quando quare ubi et cetera sine quibus facti ratio non constabit.* [694] Age his verbis haec addamus quibus quaedam cum sint honesta pulcherrima summae virtutis nisi in altero non habere locum probet. [695] Haec verba quid sibi velint, qui bene mente perceperit, intelleget cur Seneca illa de qua cogitamus, pars tum demum cum rei finem ipsa faciat, qualis sit, comprehendi posse existimaverit. Ea quaestio non minime spectare ad rationem inter Senecam et Antoninum intercedentem nobis videtur. Quantumvis igitur discordes in ea re sint, tamen concordes sunt ubi quaeritur qualia indantur nomina partibus. Quod enim apud Senecam sic verbis expressum offenditur ut exploretur quomodo rebus sit utendum, nihil aliud sibi hoc vult, quam quod ab Antonino appellatur σχέσις ἡ πρὸς τὸ αἴτιον τὸ περικείμενον.

Hanc quidem partem quae inprimis agit de duplici natura virtutis

694 dBen. II 16. 695 dBen. V 10.

eiusdemque efficacia et contemplationis et actionis. non est cur admittamus ad longiorem comparationem deficientibus maxime propriis aptisque quae efficiant unius ab altero discrepantiam. Missa igitur hac parte ad alteram quam maioris momenti esse ducimus eamque Seneca definit ut dicat eo spectare ut rationem quae inter unum hominem et alios intercedit et quae ab Antonino intellegitur σχέσις ἡ πρὸς τοὺς συμβιοῦντας circumscribat, pergamus.

Haec vero altera pars et illa quam modo attigimus, praesertim in vitae conditione ut quae alius alia sit, cum versentur, nihil miraberis nonnihil dissidere a Seneca Antoninum. Seneca quidem si unquam ullo loco, certe hoc in angustias delapsus est. Profecto desperare videtur fore ut humana natura illud quod summum propositum est, consequatur et ut sapiens qualem sibi ipse animo effinxerat, ullus homo fiat. *Longius* inquit *nos impetus evehit provocante materia. Itaque sic finiamus ne in nostro saeculo culpa subsidat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur eversos mores regnare nequitiam in deterius res humanas et omne nefas labi: at ista eodem stant loco stabuntque, paullum dumtaxat ultra aut citra mota, ut fluctus quos aestus accedens longius extulit, recedens interiore litorum vestigio tenuit. Nunc in adulteria magis quam in alia peccabitur abrumpetque frenos pudicitia. nunc conviviorum vigebit furor et foedissimum patrimoniorum exitium, culina. nunc cultus corporum nimius et formae cura prae se ferens animi deformitatem. nunc in petulantiam et audaciam erumpet male dispensata libertas. nunc in crudelitatem privatam ac publicam ibitur bellorumque civilium insaniam qua omne sanctum ac sacrum profanetur. habebitur aliquando ebrietati honor et plurimum meri cepisse virtus erit. Non exspectant uno loco vitia, sed mobilia et inter se dissendentia tumultuantur, pellunt invicem fuganturque: ceterum idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, invitus adiciam et futuros esse.*[696] Neque igitur ullum ex perversis quos omnes omnino esse iudicat, excipit, ne se quidem, spreto studio se ipsum meliorem reliquis fingendi. *Peccavimus,* inquit alias, *omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi aut aliena nequitia ablati, alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus et innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. nec delinquimus tantum, sed usque ad extremum aevi delinquemus. Etiam si quis tam bene iam purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.*[697] Cuius modi cum

696 dBen. I 10. 697 dCl. I 6.

saepius etiam esse videatur, non hoc tantum loco similitudo vel quaedam cognatio inter Senecae doctrinam et Christianos, cum Paullo apostolo Senecam fuerunt qui contenderint consentire qua in epistolis suis perversitatem mortalium omnium etiam ipse Paullus queritur. Verum tamen monendum erit ne quis quantumvis sibi tempore prope aequales hoc viros suspicetur vixisse familiariter [698] neve ex hac tanquam caussa interpretetur factum esse ut nonnulla similia et si vocabulorum usum spectes, etiam solito similiora disputaverint. Quae cum ita sint quod Seneca cum sentiat, hoc quidem intellegitur qui fieri potuerit ut meditentur mortem homines quodam modo oportere censuerit, [699] et mortem quidem, ut qua ipsa nihil aliud sit quod melius nos a vitae miseria ac perversitate eaque spem ne ullam quidem salutis praebente liberet. [700] Talia similiaque non possunt hominem non abducere eo ut fato caeco cedere credant omnia mortalia nec quidquam fieri nisi iuxta voluntatem fati arbitrariam. Ea quidem quae de vita sapientis et de divina providentia dixit, si miseris, nullo labore invenies eo delapsum esse, ut vel molestissimam vitam coarguat nec quo confugiat ab illa, nisi mortem ipsam, [701] cognoverit. Sed ubi quasi novum animum sumit deque novo vitae amorem et curam paullum respirat, licet si quid de vitae solitudine senserit, respicimus, alienus ab illa sit, tamen si in universum quaeres, minus displicere [702] Senecae nobis videmur anachoretarum qui dicuntur, qua in re sermonem Antoninianum * sapere videamur, vivendi morem, quam placere [703] et vitae societatem eandemque illam rationem inter singulos homines et generis societatem intercedentem ut quae ratio in illa vitae societate fundata sit. Quam ab caussam noli mirari si homini sapientiae studioso nihil reliqui fecit, nisi quod in animo suo versatur [704] et rebus divinis contemplandis meditandisque operam navat. [705] *Tunc*, inquit, *animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris in quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit et coelo redditus suo fuerit, cum receperit locum quem occupavit sorte nascendi. Sursum illum vocant initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac*

698 Nuperrime autem scriptus in eam sententiam hic liber est: Saint Paul et Sénèque. Recherches sur les rapports du philosophe avec l'Apôtre et sur l'infiltration du Christianisme naissant à travers le Paganisme, par Amédée Fleury. 2 vol. Paris. 1853.

cfr. etiam Gelpkii diss. de familiaritate Paulli cum Senec. L. 1813. p. 18.

699 NN. QQ. II 59 et III praef. Epp. 30. 70 m. 114.

700 Ep. 24.

701 CPolyb. 28. Ep. 102.

702 Epp. 25 ex. 94 ex.

703 Ep. 48 in.

704 Ep. 78 in.

705 Ep. 78 ex.

* cfr. Anton. Comm. IIII 3 in.

custodia exsolvatur, cum vitia disiecerit purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit.[706] Nec vero Antoninus quidem sibi deest quin intus reverti homines debere censeat. Est tamen eius animus humanitatis magis amans et magis indulgens infirmae naturae hominum quotidie peccantium, quam quin maius quoddam esse duxerit meliores reddere homines etiamque re, non verbis solum praestare animum suum erga homines benevolum. Cuiusmodi rationem inter Senecam et Antoninum intercedentem ita interpretari libet ut dicamus paullulo humanius Antoninum sensisse, atque id egisse ut illa quae Seneca expresserat verbis, eadem ipse re studeret praestare atque efficere. Uterque vero iubet ignoscere vitiis hominum nec succensere eis aut mirari illa, verum misereri et condonare, sed ita iubet ut Seneca quidem nisi sapientem ullum illud posse neget, Antoninus vero etiam singulos debere, non solum posse existimet. Praeterquam enucleate expresseque consiliis magis quam Seneca Antoninus benevolum suum in homines animum comprobare ex nostro quidem iudicio videtur.

Exsistit iam haec disputatio num possit quis contendere prorsus tractam coniecturam illam ex commentariis saltem Antoninianis, etiamsi minus ex Senecae libris, non captam fuisse, aut false eos qui sat pie suspicari solent, etiam Senecae fuisse librorum Christianorum notitiam, non solum Antonino, iudicare? Et uni fuisse notitiam et alteri non defuere qui demonstrare multo opere studuerint. Contra ea ne tum quidem cum in universum respicimus, difficile aliquid erit afferre fidem coniecturae nedum cum perscrutaberis singula aut vocabula aut uberius latiusque dicta quae procul dubio est quin doceant non solum Christianorum sacra clanculum, ut aiunt, Antoninum non[707] amplexum fuisse, sed ne favisse quidem doctrinae illorum aut incubuisse libris eorum. Ex farragine autem locorum quos contrariae coniecturae favere persuasum habemus, hic afferatur omnium notabilissimus. ‘*Οῖα*’, inquit, ‘*ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος καὶ ἤτοι σβεσθῆναι ἢ σκεδασθῆναι ἢ συμμεῖναι. Τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν ὡς οἱ Χριστιανοί, ἀλλὰ λελογισμένως καὶ σεμνῶς καὶ ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι, ἀτραγῴδως*’.[708] Ea igitur verba cum procul dubio sit quin tollant veri similitudinem huius coniecturae notitiam saltem aliquam Christianorum doctrinae ei fuisse quippe quorum scientia parum

706 Ep. 79, 12.

707 cfr. „die Heidelberger jahrbuecher“ — jahrg. 1854 n° 1 et 2.

708 Anton. Comm. XI 3.

vel minus initiatus atque imbutus nedum institutus esset, quam qui intellegere recte aut iudicare posset quae esset natura mortis Christianorum in Christi fidem videlicet probandam et confirmandam toleratae, tamen Kestnerus quondam censuerat pertinere non ad cunctos Christianos, verum ad unum quoddam idque singulare factum quo Peregrinus Proteus qui vulgo Christianus ferebatur, ambiguam nominis celebritatem adeptus Luciano et qui cum hoc sentirent, irridendi Christianos materiem dederit.[709] Nullus postmodum vir doctus nisi Eichstadius ille nuper Jenensis qui opinionis Kestnerianae levitatem confutare non dubitabat, recte interpretatus est id quod docent verba ipsius haecce.[710] *Nihil*, inquit, *in ipsis Marci verbis quidquam perducere nos potest in hanc opinionem ut non de omnibus Christianis, sed de uno illo Peregrino Proteo eum sic pronunciasse existimemus. Immo ad hunc quo minus referamus, ipsa obstat linguae rectaeque interpretationis ratio. Nam si aut furor mentisque error aut ostentatio et iactantia fuerat quae hominem ad id insaniae adegisset: quo tandem pacto ψιλὴ παράταξις mera obstinatio*[711] *exprobrari illi poterat? Aut quis argutetur in verbo ἀτραγῴ-*

709 Kestn. Agape p. 385: 'Dieses sollte kein urtheil ueber den geist der christenlehre sein, vielmehr bezog es sich auf einen ganz besonderen fall, wo sich ein angeblicher christ aus eigensinniger schwärmerei und unsinniger prahlsucht selbst gemordet hatte. Marc-Aurel hatte sich diese bemerkung wahrscheinlich nach der lectuere des Lucianischen dialogs Peregrin niedergeschrieben'.

710 Vid. Exercitt. Antonn. V in Ephem. univ. Jen. a. 1821.

711 Hanc enim Xylandri interpretationem retinendam censet Eichstadius tam etymo vocabuli quam Antoniniano scribendi usui maxime consentaneam. Sic enim ille VIII 48: 'μέμνησο ὅτι ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικόν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ μὴ ποιοῦντι ὃ μὴ θέλει κἂν ἀλόγως παρατάξηται'. Apparet sumpsisse Antoninum istud vocabulum e re bellica sed quo consilio, non pauci viri docti multo sudore plus minusve et ut videtur, non frustra coniecere. Xylander ille quid sibi velit idemque Eichstadius qui eum secutus est, audivimus. Isaac. Haffnerus de 'inopia sermonis nostri (!)' per quem licere putat coniecturam capere ex his vocibus de quibus est haec disquisitio, ampliorem uno obstinationis vocabulo, questus: 'Ψιλὴν παράταξιν', inquit, 'velites significare existimo, qui tumultuarie magis quam composite in hostem irruebant. Vult itaque dicere Antoninus Christianos non fortitudine virili et ratione suffulta, sed bruta quadam audacia et caeco impetu quo leviter armati milites et gladiatores solent, in supplicia praecipites sese dare vitamque sine formidine et ulla circumspectione contemnere'. Haec Haffnerus. Sed eam nullam potius quam ψιλὴν παράταξιν esse Eichstadius censet et explicationem Haffnerianam quantumvis novam, non propriam (cfr. Huet. Demonstrat. Evang. p. 41 et Moylius in Discept. de mirac. leg. fulm. p. 851). Missis his et aliis interpretationibus ἡ

δως *quod et ipsum tamen explicandum est ex usu et more veterum. Aut in tragoediis non spectabantur incendia vel caedes ex eo genere quod Peregrinum nobilitarit neque omnino mortes convocato populo (cuius locum chorus tenebat) tanquam spectacula proponebantur, sed áliud quiddam erat, quod mortes tragicas insigniret: idque profecto imitabantur Christiani qui in ipso vitae exitu declamitabant spem suam hilaritatem fiduciam vitae contemptum tumida voce saepe oratione iactabant, Christo carmina canebant spectatoresque ad eundem martyrii appetendum triumphum exhortabantur. Haec narrata imperatori Stoico ab aequalibus exaggerata philosophis obtrectatoribus non poterant non tanto vehementius displicere, quanto plures Christiani inveniebantur qui non laudanda animi obstinatione laudisque aviditate ad quaestiones sese et supplicia afferrent atque ingererent.* — Atqui vero iste locus praeter quem nullus invenitur in Antonini commentariis quo nomen Christianorum legitur, licet tanto iam probaverit opere Antonini si non inimicum, at certe alienum quidem a Christianorum doctrina animum, ex aliis locis ubi haec res in vocabulorum enunciatorumque natura sita esse putatur, haud multo difficilius eruitur non fuisse versatus Antoninus in legendis Christianorum libris. Quam ob rem iam Eichstadius recte iudicavit ad rem inutiliter Bruckerum[712] et qui secuti sunt, innixos fuisse ut revelatam quam vocamus Christianorum doctrinam et veteris foederis[713] quod dicitur, et novi,[714]

ψιλὴ παράταξις ex nostra quidem sententia nihil aliud esse videtur vel potius esse debet quam misera ista ostentatio virtutis Christianae vel cassa ista nanisque contentio virtutis et inanitas pervicacis animi.

712 v. Exercit. Ant. V. — Ab eis qui Bruckeriana vestigia sequebantur, cum alii erant, tum Kestnerus qui in hos locos Antonn. II 2 et II 3 ita interpretatus esse ut τὰ βιβλία intellegi debeant libri sacri, arguitur ab Eichstadio et recte id quidem.

713 Veluti ad formulam loquendi qua Antoninus dixit omnia ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς diis esse committenda (cfr. Comm. II 3. III 4. IIII 31. XII 29) similem Hebraicae בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשְׁךָ quae ex versione Alexandrinorum in libros N. T. (cfr. Matth. XXII 37. Marc. XII 30. Luc. X 27) fluxit, provocant Kestneriani. 'Poterant etiam' sic enim recte iudicat Eichstadius, 'provocare ad alia loca, Gatakero iam laudata quibus Antoninus ἀσπάζεσθαι ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα, item ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν et ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος scripsit, neque tamen caussam vicissent. Nisi forte ex libris sacris etiam Xenophon qui ὅλῃ τῇ ψυχῇ κεχαρίσθαι, Demosthenes qui παντὶ θυμῷ φιλεῖν, Aristophanes et Lucianus qui ἐκ τῆς καρδίας φιλεῖν, Pindarus qui αἰνεῖν τὸν ἐχθρὸν παντὶ θυμῷ scripserunt: quorsum loca iamdudum ab eis congesta sunt qui dictionem N. T. cum classicis scriptoribus contulerunt?'

714 Transscribere omnia experimenta Bruckeriana supersedemus propter multitudinem locorum. Sufficiat igitur hoc specimen paucorum locorum ab Eichstadio suo loco belle confutatorum.

multos locos Antoninianos aliqua ex parte imitatos probent, ex quibus id si facere possent, collegerent saltem Semichristianum ut ita dicamus, Antoninum fuisse. Nec minus utile studium eorum qui Antoninum non alienum fuisse a Christianismo demonstrare voluere, ita quidem ut, quem adhuc ex ipso eius libro Christianorum adversarium cognovissemus, eum tecte tamen libros illorum sacros imitando expressisse et Christianae religioni clanculum favisse nobis persuaderent. Illud enim fieri potuisse ut ne ulla quidem Christianae doctrinae ratione habita non solum Antoninus ad illam quandam sentiendi cogitandique rationem adeo grandem claramque atque simplicem ferretur, verum etiam et is quidem saltem aliqua ex parte Seneca cuius et ipsius etiam literarum cum apostolo Paullo sermo circumfertur,[715] nec aliunde etiam pendere quam ex sola Stoicorum ipsorum doctrinae vestigiis concedet, cuiuscuius facta est notitia doctrinae Stoicae superiorum temporum. Nos quidem iudicamus ad eorum sententiam qui putant in ipsa doctrinâ Stoicorum esse positum ac fundatum quod obviam fit legentium admiratione sane dignissimum idemque granditate venerabile. Quibus expositis sequitur ut non modo non credamus ex sacris libris delibatas aliquo modo nonnullas sententias proponi, sed ne hac quidem re cedamus Barthio viro quondam doctissimo qui et ipse alios secutus quantumvis aliquantulo moderatius quam Bruckerus, Antoninum non sine Christianismi aliqua cognitione παραγγέλματα sua scripsisse, pronuntiavit.[716] Sed non tantum excusare per nos licet illorum studia, verum etiam purgare. Etenim periculum illud coniciendi blandius sane fuerat quam quod subtilissimi viri docti eidemque rerum divinarum perstudiosi fore ut in talia delaberentur, desperari posset. Nullam tamen aliam rem nobis videmur magis quam eandem hanc Antonini nomen honestare atque consecrare. Quamquam ne forte longiorem digressionem a proposito nostro quod nihil sibi aliud quam contentionem instituere utriusque doctrinae comparationemque vult, faciamus neve aliorum etiam locorum qui ex Antonini libris ad fulciendam et probandam illam sententiam quasi attrahuntur, à Bruckero frustra quantumvis diligen-

Contulerat enim cum alios locos inter se, tum hosce:

Ant. Comm. III 4	et I Tim.	VI 12.
	II Tim.	IIII 7.
IIII 23	et Rom.	XI 36.
VI 39	et I Petri	I 22.
VIII 15	et Matth.	VII 26.
	Jac.	III 12.
XI 8	et Rom.	XI 17.

715 Vid. edit. curatam ab Haasio. — Cadere autem in comparationem cum enunciatis apostolorum imprimis cum Paullinis videntur non pauca etiam ex Senecae libris eruta (cfr. Ep. 120, 13 et Joann. I 5 — Ep. 108 in. et Marc. IIII 3—21).

716 Advers. LX p. 2931.

ter factam interpretationem, repetamus, relegamus ad illa quae ab Eichstadio procul dubio suo loco confutata sunt.[717]

His expositis postquam eorum qui haud ita male excogitavere, quin etiam lepide non minus quam argute sunt suspicati, tam Senecae quam Antoninianum animum ad Christianos propensum fuisse, sententiam confutando aliquid operae impendimus, institui etiam tertiae partis ex eis quae hucusque latius disputavimus, non iam occultae quae appellata est ab Antonino *σχέσις ἡ πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν ἀφ᾽ ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα* et apud utrumque pertinet ad illam rationem inter homines ac deos intercedentem, contentionem ac comparationem debere censebis. A qua parte cum paene inter se differant, hoc quidem loco ad ea quae, ubi sapientiae species efficta est, exposuimus, relegare quam repetere quae unus alterve disputavit, malimus.

Contra ea hoc loco ut silentio praeteriremus illud quod utriusque disciplinae temporum indulgentia admodum mitigatae et lenitae memoriam aliquantulo possit contristare nec levem apud omnes offensionem habeat, paene a nobis impetravimus. Est enim s u i c i d i u m de quo cogitamus. De hac re quid dixisse putabis utrumque philosophum inservientem aut inserviri iubentem omnibus quaecunque eveniunt? Quid Antoninum censebis quidve Senecam aut laudavisse ab hac parte aut reprehendisse? Nihil antiquius Antoninus quidem videtur habere quam ut commendet reditum in se ipsum faciendum. At vero si qui in se abierint, hi a quovis desiderio sunt et a quavis libidine alieni, hi contenti atque inservientes praesentibus, si quae universae naturae congruunt nec suae contraria, optima ei atque utilissima sunt, si nisi volente deo, nihil accidit nec quidquam potest accidere quod impediat quo minus congruenter rationi vivamus atque agamus — nonne mire videbitur esse ac singulari quodam modo dictum ubi incidere interdum vel vocari qui vult congruenter vivere naturae, in tantum discrimen ut finem vitae suae non facere non possit atque adeo debeat, existimat. Ubique enim probare multis verbis studet oportere decedi saltem congruenter naturae ubi non possit fieri ut vivatur secundum naturam.[718] Quae cum ita sint malum esse

717 vid. Exercit. Ant. VI in Ephem. univ. Jen. 1821.

718 VIIII 3 '*μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλὰ εὐαρέστει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος ὧν ἡ φύσις ἐθέλει. οἷον γάρ ἐστι — — τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσι, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι. τοῦτο μὲν οὖν κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι λελογισμένον μὴ ὁλοσχερῶς μηδὲ ὠστικῶς μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν*

hanc mortem negat quia nec turpe sit nisi quis sibi eam aut tanquam citra nostram voluntatem sitam consciscat, aut contra vitae societatem, bonum potius esse eam si quidem universo opportuna sit ac conferens et collata.[719] Ceteroquin diligentissime Antoninus examinandum esse censet utrum in vita remanere an excedere ea* praestet. Quod attinet ad ultimum, 'ἐμβίβασον', inquit, 'σεαυτὸν εἰς τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα' (suppl. virtutum) 'κἂν μὲν ἐπ' αὐτῶν μένειν δύνῃ, μένε, ὥσπερ εἰς Μακάρων τινὰς νήσους μετῳκισμένος. Ἐὰν δὲ αἴσθῃ ὅτι ἐκπίπτεις καὶ οὐ περικρατεῖς, ἄπιθι θαῤῥῶν εἰς γωνίαν τινὰ ὅπου κρατήσεις, ἢ καὶ παντάπασιν ἔξιθι τοῦ βίου' — — 'οὕτως μέντοι, id quod aliunde desumptum interponamus, ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων[720] — — μὴ ὀργιζόμενος ἀλλὰ ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως καὶ αἰδημόνως ἕν γε τοῦτο μόνον πράξας ἐν τῷ βίῳ τὸ οὕτως ἐξελθεῖν'.[721] Quid vero Seneca? Cuius sententiam cum hanc esse cognoverimus, curam nostri quam insitam nobis dixerat atque innatam esse, observandam esse nec minus omnibus quaecunque eveniunt, inserviendum, collegere hoc scilicet par in vita humana praecipue esse ut vitam ipsam quam diutissime conservemus nec ullo eam modo laedi aut finiri patiamur, haud difficile est. Ex contrario facias finem vitae tuum esse censere, ubiubi virtus tua periculum sit ne marceat vel intereat, haud dubitat. Num vero miserrimam quamque vitae conditionem satis aptam propter quam vita ipsa finiatur, habere potest, donec esse vitium malum unicum existimat? Etenim in natura humana mala quae vocantur, sita sunt efficiuntque ut noscere se homines coe-

ὡς μίαν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. Εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἁψικάρδιον ἐθέλεις, μάλιστά σε εὔκολον πρὸς τὸν θάνατον ποιήσει ἡ ἐπίστασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα ὧν μέλλεις ὑφίστασθαι καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι ἔσται ἡ ψυχὴ συμπεφυρμένη. Προσκόπτεσθαι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἥκιστα δεῖ, ἀλλὰ κήδεσθαι καὶ πρᾴως φέρειν· μεμνῆσθαι μέντοι ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων σοι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔσται. Τοῦτο γὰρ μόνον εἴπερ ἄρα, ἀνθεῖλκεν ἂν καὶ κατεῖχεν ἐν τῷ ζῆν, εἰ συζῆν ἐφεῖτο τοῖς τὰ αὐτὰ δόγματα περιπεποιημένοις. Νῦν δὲ ὁρᾷς ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως ὥστε εἰπεῖν, θᾶττον ἔλθοις! ὦ θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ'.

719 XII 23 'ἡ οὖν κατάπαυσις τοῦ βίου ἑκάστῳ οὐ κακὸν μέν, ὅτι οὐδὲ αἰσχρόν· εἴπερ καὶ ἀπροαίρετον καὶ οὐκ ἀκοινώνητον· ἀγαθὸν δέ, εἴπερ τῷ ὅλῳ καίριον καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ θεοφόρητος ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ θεῷ καὶ ἐπὶ ταὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος'.

720 V 29.

721 X 8.

* ἐξάγειν ἑαυτὸν (III 1).

perint vel potius ut virtus eorum, si qua est, clarius elucescat,[722] nec quaquam ex misera vitae conditione esse cur mortem sibi quis consciscere debeat. At virtus digna erit propter quam instante periculo vita finiatur. Insipienti nimirum paene aut perraro venire tale periculum dum cogitat,[723] eius de sapiente haec argumentatio est. *Sapiens, inquit, vivit quantum debet, non quantum potest. Videbit ubi victurus sit, cum quibus quo modo quid acturus. Cogitat semper qualis vita, non quanta sit. Sed simul atque occurrunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se. Nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illo die desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius, non tanquam de magno timet.*[724] Quam sententiam de suicidio ut quam accuratissime accommodaret, hac in re praecipit quibus si quis sibi non posset mortem non consciscere, apte commodeque uti posset.[725] Quid? Qui duo cum non modo non vetuerint mortem sponte conscisci, sed ne reprehendere quidem quidquam conati sint, admodum Stoice sane licet senserint, nonne suam ipsi disciplinam moralem natura sua nobilem obruisse quasi videntur eidemque mirum in modum sibi dissentire patientia adeo magno opere hominibus usque ad extremum exercenda commendata? Ex morum et virtutis constantia nonne multo clarior potest laus quam ex corpore sumi? Et cur tantum cum corpori instant pericula, patientiae locum esse credamus? Animo in hac re superius corpus quis habebit? — Sine ulla tamen certa quadam spe futurae post mortem vitae[726] etiamque sine ulla cura sibi persuadendi utrum vivant etiam post mortem mortales nec ne, quamvis tantum ad hanc nostram vitam eam disciplinam referre videatur uterque philosophus, nonne miramur si nihilo secius licet hic magis quam alter, ea fuit abstinentia et animi moderatione ac constantia, ut religio societatis nulla ratione eius mentem transmutaverit aut

722 dProv. 3. 'Nihil mihi videtur infelicius eo cui nihil unquam evenit adversi. Non licuit enim illi se experiri'.

723 Ep. 58 'cum maius periculum sit male vivendi quam cito moriendi, stultus est qui non exigui temporis mercede, magnae rei aleam redimit'.

724 Ep. 70 in.

725 Ep. 58 'Plurimum enim refert, vitam aliquis extendat, an mortem. At si inutile ministeriis est corpus, quidni oportet educere animum laborantem, et fortasse paullo ante, quam debet, faciendum est ne cum fieri debeat, facere non possis — — — prosiliam ex aedificio putrido ac ruenti, morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem nec officientem animo; non afferam mihi manus propter dolorem. Sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo non propter ipsum, sed quia impedimento mihi facturus est ad omne propter quod vivitur — —.

726 Senec. ep. 63 ex.

averterit quo minus grandis sit in laudanda virtute et vita beata et sapientia et omnibus quae prope accedunt? Num facere possumus quin quaeramus quonam fieri pacto potuerit ut Antoninus quem quidem constat eisdem quibus Senecam, philosophiae rationibus imbutum esse, quae aliqua ex parte parum humaniter aut parum commode enunciata apud Senecam reperiuntur, mitior in his esse videatur et clementia humanitate liberalitate ne Christianis quidem prope dixerimus, cedere? Quid quod etiam Justus Lipsius quam Senecae libros *post sacras literas quidquam in ullo orbe in ulla lingua scriptum utilius meliusque* negare audet?[727]

Caput posterius.

Experimento igitur comparationis utriusque disciplinae moralis facto caussarum ex quibus effecta putetur difficilior utriusque discrepantia, cum in eo simus ut inquisitionem instituamus, age quaeras unde natum sit ut adeo magis clementer moderateque se gerere et ferre Antoninus videatur. Quae res nisi vitam Antonini nonnihil inspicimus, vix comprehendi nedum explanari poterit. Nec minime tametsi scimus quid difficultatis obstet et quid discriminis eis qui ex ratione ingenii et morum Antonini explicare illud vel ad illam trutinam ut ita dicamus, quae circa animi naturam effingendam vertitur, revocare audent, tamen eo quod nonnihil habet momenti haec res, facere non potuimus quin hoc quidem loco de ea cognoscamus. Nec tamen commodius pergi oratione putamus quam hisce quae Seneca Lucilio suo scripsit. *Nulla*, inquit, *fortuna nulla res actus sapientis excludit. Ad utrosque casus aptus est: bonorum rector et malorum victor. Sic sapiens virtutem explicabit, si licebit; si minus, in paupertate: si poterit, in patria: si minus, in exsilio; si poterit imperator.*[728] Haec Seneca. Missis eis quae accedunt, nonne praesagire animus eius videtur Antoninum quasi mox futurum? Et Antoninus cuius erat semper in ore, florere civitates, si aut philosophi imperarent aut imperatores philosopharentur,[729] et qui primus hanc sententiam Platonicam vivus comprobavit ac consecravit in futuram ac perpetuam memoriam imperatorum et regum — nonne merito praedicatur fuisse spes Senecae?

Plurimum valent quibus explicetur caussa ex qua orta unius cum

727 Centur. I ad Belgas epist. 22.

728 Senec. ep. 85.

729 Capitol. vit. M. Aurel. p. 33 e.

altero discrepantia sit, ea quae in libris utriusque viri disperse disputata in hanc partem vides.

Et primum quidem noli existimare tanquam aliquid levioris momenti quod Seneca qui, quantumvis ubi res venit ad Stoicae sectae auctoritatem, constantia opus sit, nequaquam gradu depelli se sinit atque adeo audet opinionibus nobilissimorum etiam illorum ex Stoicorum familia non obstare solum, verum etiam alia et ex ratione aetatis aptiora contra proponere,[730] tamen non dubitat sese confiteri discipulum Zenonis.[731] Locos, modo libros eius non percucurreris solum, verum perspexeris, ad hanc rem pertinentes non desiderabis.[732] Qui igitur cum adeo fideliter saltem verbis se praestaret doctrinae Stoicorum deditum et illa eorum consuetudine utentem, factum existimamus ut sectam suam quam non tacet propter morum etiam tunc notam atque et vita et morte spectatam severitatem multum reprehensam vel vituperatam esse,[733] ipse praeter ceteros multo opere studuerit per Romanos propagare. *Nulla*, inquit, *secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum et communis boni attentior, ut (cui) propositum sit usui esse aut auxilio nec sibi tantum, sed universis singulisque consulere.*[734] Qua re quali traductione quam ipse vocat, cum utatur, desumere nisi quod saltem aliquo modo examinatum habet, dubitat. Quo tamen sentit severius vel religiosius ab hac parte, eo mitius moderatiusque ab altera veluti cum Epicurum laudat id quod ex vetustioribus Stoicis unquam paene ne ulli quidem in mentem venisset aut etiam ignovissent ceteri. Neque honestissime solum de ipso hoc philosopho cuius veluti voces multas esse publicas habendas censuit,[735] de eiusque discipulis compluribus locutus est verum etiam multa ab Epicuro enunciata in epistolis suis interposuit.[736] Alios etiam philosophos quanto honore prosecutus sit, explicare supersedemus. Verumtamen interposita quaestione quid caussae ei cum bonis fortunae quae vocat, vel cum commodis fuerit, non confiteri non possumus, magis divitis alicuius tenacitatem quam philosophi constantiam prae se Senecam tulisse

730 Epp. 67 m. 71 m. 113 in. 117 in. 13, 4 (lingua submissior).

731 N. QQ. VII 19 in.

732 Ep. 9, 20 (nos solos). Ep. 116, 1 (nostri) dBen. V 13, 1 (nostra constitutio). VII 4, 8 (quid a nobis dicatur). I 15, 2 (Nos cum ista praecepimus, — introrsus referre — — ne perperam monitiones nostras exaudiat.). Ep. 85 (iubes me quidquid est interrogationum aut nostrorum aut ad traductionem nostram excogitatarum comprehendere). Ep. 89, 8 (quidam ex nostris).

733 dBen. VII 4 ex. 'innumerabilia sunt per quae cavillantur, cum pulcherrime quid a nobis dicatur, intellegant.'

734 dCl. II 5.

735 cfr. Epp. 8. 12. 14. 16. 21. 33.

736 Epp. 2. 4. 7—9 incl. 11—20 incl. 22—29 incl. 52. 97.

ant magis Peripateticorum indulgentiam quam religionem Stoicorum. Quod videlicet ex fortunae favore quo usus erat, natum fuisse putabis.[737] Hereditate enim et donativis subinde quae acceperat — fuerat autem Neronis praeceptor[738] — permagnas ei comparaverant divitias.[739] Apparet igitur qui factum sit ut etiam in hunc modum se purgare potuerit ac studuerit. Audiamus verba eius. *Neque* inquit, *se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Non amat divitias, sed mavult. Non in animum illas, sed in domum recipit nec respicit possessas, sed continet et maiorem virtuti suae materiem subministrari vult.*[740] Haec Seneca. Alioquin gravioris momenti ad illustrandam Senecae cogitandi rationem cum nobis visa sint haec verba ex insequenti eiusdem libri capite desumta, transscribere non dubitavimus. *Quid autem,* inquit, *dubii est quin haec maior materia sapienti viro sit animum explicandi suum in divitiis quam in paupertate, cum in hac unum genus virtutis sit non inclinari nec deprimi, in divitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia campum habeat patentem.*[741] Praeterea hanc rem apte finiendi caussa etiam haec verba libet inde ipsum petere. *Desine ergo,* inquit, *philosophis pecunia interdicere: nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas neque alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus quam introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. in quantum vis exaggera illas: honestae sunt, in quibus cum multa sint quae sua quisque dici velit, nihil est, quod quisquam suum possit dicere.* — Praeter ea quae modo transcripsimus, etiam alia quibus qualem vivus Seneca se gesserit in utendis vitae commodis istius modi — namque etiam homo Seneca qualis fuerit, non solum qualis philosophus, haec quaestio est — explicetur afferre supersedemus. Ipsas vero has duas res exponendo et explicando dedita nonnulla opera, possumus missam facere hanc disputationem quam eo potissimum spectare voluimus ut explicet unde forsitan factum sit ut saltem nonnulla ex parte constantiam disciplina Senecae desideret. Ceterum nullius momenti fuisse tunc aetatis cultum illum humaniorem civilioremque aut politiores istos hominum mores eandemque a religione credendi tunc sat alienam rationem ad neglegentiam quandam constantiae negaverimus. Et enunciatis illius modi omnibus fidelem se praebuisse, non de se opinionem affectasse, etiamque persuasum habuisse brevem illam formulam qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias,[741] non minus sibi datam scri-

737 CHelv. 5 m.
738 Tacit. Ann. XIIII 53.
739 Tacit. Ann. XV 64.
740 dVB. 21. sqq.
741 Ep. 124 ex.

ptamque esse, non solum exsul vivus,* verum etiam cum iam in eo esset ut moreretur, comprobavit. Cum enim necessitas ultima denuntiaretur, nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu. Flentes amicos modo voce, modo attentior in modum coercentis ad constantiam animi revocat. Etiam novissimo temporis momento praeclare multa colloquitur. En dignam philosopho et quidem Stoico mortem.[742]

Et M. tandem Aureli Antonine — tu quis vir fortis ac strenuus! Salutari patiare te, sapientissime imperator, eisdem verbis quibus Seneca cuius tu spes esse videbare, speciem illam sapientiae collaudaverat atque extulerat Stoicorum tu maxime et ultime, Stoicorum ipsa species tu, salve! — Antonini quidem fata si quis animo volvat eiusdemque vitam multo genere sollicitudinum tanquam igni spectatam, mirari etiam philosophando operam eum impendisse, non poterit.[743] Ac prope talem fuisse existimares eum qualis qui in umbram atque otium a vita publica abscessit, ab eiusque tumultibus turbisque intactus, ad nihil aliud quam ad contemplandum propensus. Sed de moribus eius cognoscere atque iudicare non dubitabis, ubi, quem ad modum vel quanto opere sint sensus inter se rationesque conclusae, intellexeris etiamque quod explicari vix posse videatur, mores eius actionesque rationibus rationes eius moribus actionibusque illustrari tibi persuaseris. Exercendarum enim virtutum quibus sese praestare soleant ceteris animantibus, qui meliores reddere se ipsi studeant, quamvis latissime officia eius paterent sive quod ad rem publicam pertinebant, sive quod ad suam vitam privatam, ipsum curam gessisse Dio quidem Cassius auctor est. Erat autem in eo moderatio animi[744] et pietas,[745] in victu[746] eius cultuque[747] temperantia, in

742 De vita Senecae scripserunt Lipsius Andr. Schottus (vid. ed. Commelin. II a. 1604 a Schotto cur.), M. A. Delrio (cfr. prolegg. ad syntagm. tragoed. Latin. lib. II), F. Petrarcha (vid. ed. Erasmian. secund. Basiliens. a. 1529), F. Salvator (giornale de' letterati di Roma a. 1674 p. 137), Il filosofo cortegiano, overo la vita di Seneca (Venet. 1675), Didérot (sur la vie et les écrits de Sénèque Paris 1779), Ten Brink (de Seneca eiusque in philos. meritis Ann. univ. Gandav. 1829), Fleury (vid. n. 706). — Praeterea noli praeterire Reinhardtii diss. de S. vita (Jena 1816), Lehmannum de Seneca (Philol. VIII p. 309), Boehmii diss. (Berol. 1856).

743 Anton. Comm. IIII 30 'ὁ μὲν χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ, ὁ δὲ χωρὶς βιβλίου· ἄλλος οὗτος ἡμίγυμνος. Ἄρτους οὐκ ἔχω, φησί, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ. — Ἐγὼ δὲ τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων οὐκ ἔχω καὶ ἐμμένω.

744 Comm. I 10. 9. 17. all. Dio Cass. LXXI 34.

745 Comm. I 17 'τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν'.

746 Comm. I 17 'οὐχὶ φιλοικοδόμος, οὐ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπινοητής'.

747 ibid. 17 — 'οὐ περὶ ἐσθήτων ὑφὰς καὶ χρόας'. Ἡ κτλ.

* Ep. 67.

agendo sanctimonia et religio.[748] Erat Socrate longe dignissimus, Socrate cuius ingenium describendo ipse in commentariis expressit.[749] Qui factum sit ut, quamvis, si ex ratione commentariorum eorumque quae ibi multa cum granditate disputata sunt, cognoscimus, a Stoicis fuerit, tamen eos minus exspectato appellaverit, sed ab omnibus optimum quodque idemque ad vitam aptissimum utilissimumque petiverit, facile interpretabitur si quis sibi potius Antoninum atque suae vitae conditioni philosophari, quam ulli philosophorum familiae satisfacere cupivisse ac studuisse, bene intellexerit. Sunt autem nomina veluti physiologorum qui dicuntur, Jonicorum[750] Socratis[751] Antisthenis[752] Cynicorum[753] Academicorum[754] Peripateticorum[755] aliorum ex aliis familiis, quibus, quantum levissime elegerit eademque, id quod supra iam diximus, farrago ista quanto opere magis congesta sit quam digesta, ut nec temporis ordo servetur, neque additamentis et interpolationibus abstineatur, intellegere possimus. Sed missis commentariis eorumque indole vel potius neglegentia Antonini eisque quae crimini tu forsitan iam factum sit ut tacite dederis, iterum revertamur ad philosophum ipsum ornatum insignibus dignitatis imperatoriae — quanta viri maiestas. Ubinam fictus iste habitus, ubi compositus iste vultus Tiberianus quibus rebus non nunquam effici solet ut gravitas animi et constantia esse magis simuletur quam sentiatur, ubi tranquillitas et quem faciendum scimus ab Antonino adeo saepenumero commendatum esse, factus in se ipsum reditus? Etenim omnis erat in eius vita aequitas et ingenuitas, verum etiam firmitudo animi. Itaque haec quidem verba quibus ipse commendat *ὅμοιον εἶναι τῇ ἄκρᾳ ᾗ διηνεκῶς τὰ κύματα προςρήσσεται· ἡ δὲ ἕστηκε καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζεται τὰ φλεγμήναντα τοῦ ὕδατος*, quae verba Dantes ille Alighierius omnium poeta-

748 Dio Cass. LXXI 34 *αὐτὸς μὲν γὰρ ἁπάντων ἁμαρτημάτων ἀπείχετο.* (cfr. Plut. de Stoic. resp. 11).

749 VII 66.

750 IIII 46. VI 42.

751 XI 23. 25. 39. 28.

752 VII 36.

753 II 15.

754 VII 35. 44. 46 incl.

755 II 10.

756 De Antonino scripserunt cum alii (veluti Aurel. Vict. Caess. et Ep. 16. Eutrop. VIII 9. Capitolinus. Dio LXXI.), tum Meiners in hoc libro qui est De M. Aurelii A. ingenio moribus scriptis (v. comm. societt. litt. Gotting VI p. 122 s.), et K. Buchholz ,Marc Aurel‘. Berlin 1806. Denique memoratu dignus est Ludovicus Ripaltius (Louis Ripault) in hoc libro: Marc-Aurèle ou histoire philosophique de l'empereur Marc Antonin, ouvrage où l'on présente, dans leur entier et selon un ordre nouveau les maximes de ce prince qui ont pour titre: Pensées etc. en les rapportant aux actes de sa vie publique et privée. — IIII voll. Paris 1820. 8.

rum Italorum facile princeps in purgatorio suo* adeo argute prope dixerimus imitando ita expressit ut dicat

Sta come torre fermo, che non crolla
Giammai la cima per soffiar de' venti,

cui censebis, cui potius quam sibi ipsi scripta esse? Et quin in hunc modum referri ea possint aut ipse non senserit solum ut philosophus, verum etiam tulerit quidquid oneri erat in administratione imperii, estne quod dubites?

* V 13.

IIII.

Zellerus in libro suo qui est de philosophia Graecorum negat a rationibus Stoicorum saltem in universum descivisse disciplinam Senecae moralem.[757] Nec minus idem in eodem libro Marcum illum censet in universum stare a Stoicis.[758] Sed recte in universum hoc qua ille iudicaverit et quatenus ad singulas possit res revocari, in hac commentationis nostrae parte quam quartam esse volumus, paucis indagandum nobis proponamus. Verum cum eo spectemus ut quantum aberraverit uterque philosophus a summis pristinae Stoicorum disciplinae moralis notionibus vel quantum alicunde elegerit, intellegamus, praeterire libet rationem non Zenonis solum et Chrysippi qui quidem duo, cum rationi loquendi contractiori vacarent eidemque saepius perquam contortulis conclusiunculis, tamen luminibus doctrinae suae aeque ac Polygnotus ille et Mico, porticum illam a qua nomen traxit familia eorum, illustravere, verum etiam Cleanthis rationem multoque magis eorum qui exceperunt eum, Zenonis Tarsensis Diogenis Antipatri. Itaque inquirere latius in hanc rem quo ad cuiusvis ex eis sententiam tanquam normam revocemus quas supra proposuimus, doctrinas vel disciplinas, supersedemus, propterea quod absolvi potius hac parte quam uberius exponi et repeti ab eis quae iam peracta sunt, voluntas est. Quae cum ita sint qualem quartae partis naturam esse cum velimus, exponendi quo appareat qualis sit facta post Panaetium digressio utriusque a priore Stoicorum disciplina, iam restat ut periculum faciamus. Namque Panaetius primus levius philosophabatur idemque quasi de integro philosophiam imprimis moralem accendebat atque commovebat. Et amplecti contrarias philosophandi rationes, non cognoscere solum eumque alios phiosophos tum maxime Platonem[759] et Aristotelem[760] admirari ut studeret caussam ex qua hoc factum esse suspicabere, hanc fuisse quod ipse in cognitionem Romanorum apud quos

757 Zeller. l. l. III[a] p. 388.

758 ibid. p. 408.

759 Cic. Tuscc. I 32, 79.

760 id. Finn. IIII 28, 79.

philosophia etiam tum peregrinabatur, rationem Stoicorum introduxit, num dubitabis? Nec illud unum meminerimus valuisse ad studium Panaetianum quod maxime eam philosophiae partem quae circa actiones versatur, spectavisse scimus, negabis, modo gliscentem tunc aetatis consuetudinem philosophandi leviter ne dicamus penitus cognoveris. Etenim mos ille elegendi undecunque ad vitam utilia, et hic quidem maxime prope dixerimus, erat hominum omnium, non solum Panaetii. Erat mos neglegendi magis magisque constantiam rationis ordinis diligentiam. Tum opinamur in proverbium abiisse philosophorum delectare varietatem. Adde quod quamvis haec caussa esset ex qua fiebat ut illo modo philosophia tractaretur, quod quae contrarie opposita erant, tantummodo paene in unum coalescebant, tamen non deerat quod sequerentur tanquam rei proprium in elegendo et quod in scientia ac ratione philosophantium positum existimarent. In unum enim contraria quominus fieret ut coalescerent, non debere intermitti, si erant qui intellegerent, in eo situm erat quod cum quin vera ex ulla philosophiam tractandi ratione reperiretur scientia, dubitarent, collectis variis et probabilibus fore sperabant ut quod ad illam aetatem usque frustra quaerebant, invenirent. Nec plus quam captus saltem aliquid opus erat ut cum dignitas sua summi cuiusque placiti esset atque auctoritas, modo ea quae ratione et ordine exposita erant, ad normam eius revocarentur, intellegerent quae undecunque electa disperse erant, sic omni ex parte conciliari posse. Et tanta quidem ingenii Senecam facultate fuisse, exinde quod enunciata accipi ulla ratione rei totius vetat, conicere libet. De hoc maxime loco cogitamus quo obici queritur familiae Stoicorum quod sapientem neget misereri neget ignoscere. *Haec si per se ponantur*, sic enim pergit eodem loco, *invisa sunt.*[761] His igitur verbis videmur nobis eo Senecam spectare, ut alienum ab omni iudicium ferendi aut permittendi de enunciatis per se positis studio animum ostenderet nec vero confutare caussas eas ex quibus fieri haud raro solebat ut ipsi idem illud exprobraretur ab adversariis. Quamquam alios philosophos qui dicebantur illius aetatis meliori via ac ratione usos esse cur putemus, cum nihil caussae sit, hoc satis esse ducimus quo arguamus, quam pauci laudem vere ac solide philosophiam tractandi postmodum appetiverint aut desideraverint.

Jam vero paucis adumbremus vel saltem extremis lineis hoc describamus quid sit quo tanquam novo quodam a morali disciplina Antepanaetiana quam vocamus, internoscatur disciplina Senecae et Antonini missis eis quae pro sua uterque parte disputavit et quae supra exposita sunt.

761 Sen. dCl. II 5.

Et primum quidem quales partes in philosophia agere moralem disciplinam debere Seneca censuerit et Antoninus, persequamur. Qua in re quanta discrepantia sit singulorum Stoicorum, si ab origine petis, paullo subtilior eorum quae nobilissimi ex Stoicorum familia in hanc partem disputavere, cognitio explicare poterit. Fuisse caussam cur ultimam habeat Antoninus rationalem vel dialecticorum scientiam, saltem aliquam concedes, comperto dialecticam artem institutam esse a Chrysippo demum quem quidem primum ex Stoicis huic arti vacasse et Cicero auctor[762] est et Diogenes[763] et Sextus.[764] Tamen non carere auctore suo scilicet Stoico, haud dubitamus quin Antoninus in mediis collocaverit. Cuius ab animo potius petenda causa illius rei erit quam inde ex eo quod factum esse ut etiam antiquissimi Stoici veluti Zeno auctor et Cleanthes nec moralem exigerent ad aliquam rationalem quandam normam nec naturalem disciplinam, noverat. Naturali autem priores ut videtur, Antoninus tribuit partes eosque sequitur qui pro dignitate, quae in philosophiam cadunt, disciplinas, non ratione atque ordine dispertiunt. Et facile cum magis ad alias quam Stoicorum proprias rationes eum intellexerimus propendentem esse, id explicatur. Sed eadem illa ex caussa naturalem[765] non defuere qui id quod cum in aliis locis,[766] tum in Chrysippea illa disciplinarum ordinatione[767] cernitur, plus habuerint. Seneca qui nesciat utri partes tribuat priores disciplinae morali videtur favere.

Moralis ipsius disciplinae dispositio quidem quam instituere libuit, nova est eademque Senecae propria. Aliorsum nos auctore Diogene[768] in disponenda morali quae vocant, vestigia cum Senecae ordinatione paene ita poterunt conferri, ut sit *ὁ περὶ ὁρμῆς τόπος* quem Diogenes exhibet, eadem quae esse de impetu intellegitur pars Senecae, tum *ὁ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν* prima eius pars quae quanti quidque sit, definire perhibetur, denique *ὁ περὶ παθῶν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ τέλους περί τε τῆς πρώτης ἀξίας καὶ τῶν πράξεων καὶ περὶ τῶν καθηκόντων προτροπῶν τε καὶ ἀποτροπῶν* tertia quam Seneca appellat pars de actionibus. Haec igitur conferendi interpretandique ratio ubi instituta fuerit, ad sententiam Zelleri[769] non dubitantis solum sed negantis conciliari posse ea quae tertia eademque ultima Diogenes complectitur cum eadem parte Senecae, non potest non accedi. Non negat quidem Diogenes tripartitam

762 Orat. 32, 114.

763 Diog. L. VII 62. 65. 68. 71. 79.

764 adv. Mathth. VIII 233.

765 cfr. Diog. L. VII 39.

766 Sext. Mathth. VII 22.

767 ap. Plut. Stoicc. respp. 9, 2.

768 Diog. L. VII 84.

769 philos. der Griech. IIIa p. 124 infra.

philosophiam esse εἰς particula ter posita, verumtamen desiderant verba eius saltem aliquam vocum transpositionem quam nostri esse negamus. Haec una quaestio etiam proponatur quo id modo fieri potuerit ut, quoniam ultimo illo loco περὶ παθολογίας cogitari potest, eos quos dicit τὸ ἠθικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας διαιρεῖν εἰς e. q. s., etiam τὰ πάθη complecti, ubi de virtute et de fine et de decoro agitur, permittat. Id quidem a se impetrare philosophi tunc aetatis posse videbantur ut saltem paullulum circumspectarent prius quam disponerent vel potius illud opus esse acciperent. Facta igitur illa propria per se ipsa moralis disciplinae dispositione Seneca primus suam quam interdum provocat, sententiarum auctoritatem comprobavit. Cum Cicerone tamen [770] quo iure censeant [771] eum concinere, in medio relinquamus.

Formula ad quam pergere liceat, utriusque philosophi eadem quae nobilissimorum illorum est, si disparilem velis Latinae linguae naturam ac proprietatem tanquam momento leviorem eximere. Etenim etiam Cleanthes id proposuerat, ut vellet meminissent τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν [772] quam φύσιν idem ille Cleanthes et Chrysippus [773] in eundem ac Senecam et Antoninum fecisse scis, modum interpretati erant.

Contra ea virtutum unius alteriusve distributionem alienam a veterum Stoicorum rationibus esse putabis et Aristotelis quidem potius propriam eandemque ita factam ut alio ille nomine usus alteram virtutis partem διανοητικήν, non θεωρητικὴν quae eadem est atque in contemplatione sita, [774] haberet, alteram ἠθικήν, non πρακτικὴν quae eadem atque in actione sita. Etenim ab hac ipsa distinctione orsus quaestionem illam quam solvendo etiam Seneca multo sudore operam dedit, Aristoteles proposuerat. Satis est quo probetur quanta non cum Peripateticis solum Senecae eiusdemque Antonini similitudo cognatioque esset, verum etiam disputandi, si non potius altercandi materies vel dicamus in favorem Senecae, periculum. Fuerat autem una virtus Aristotelica, [775] ut quae in universum tantummodo in agendo ac cognoscendo bono cernatur, multae tamen virtutes quatenus illa una multos modos subire cogitur. Sed non

770 Cic. d. Offic. II 5.

771 cfr. Peters. phil. Chrysipp. p. 260 NB.

772 Diogenis autem verba (VII 87: πρῶτος ὁ Ζήνων) ad sententiae Stobaeanae (ecl. II p. 132. 134) normam revocanda sunt atque explicanda sicuti fecimus.

773 Diog. L. VII 89.

774 Diog. VII 92 'Παναίτιος μὲν οὖν δύο φησὶν ἀρετάς, θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν'.

775 cfr. Ethic. Nic. VI 13. Eud. V 13.

multum inter illos veteris porticus principes ut qui ad proponendam prope similem multitudinem virtutum ad illasque voces a Platone in sermonem philosophantium introductas et ipsi inclinavissent, atque Senecam Antoninumque interesse discriminis pro certo constare concedes. Et si doctrina quae est de virtutibus, qualis fuerit tempore Senecae et Antonini, quaeres hisce verbis quibus Diogenes Laertius τῶν ἀρετῶν τὰς μὲν πρώτας habet,[776] τὰς δὲ ταύταις ὑποτεταγμένας et quorum ad normam illae virtutes quas cognovimus Senecam quidem et Antoninum enumerare facile exiguntur, bene perspectis omni pietate auctores suos utrumque secutum esse et recte ab utroque iudicatum ad normam Stoicorum normam fuisse etiam de voluptate,[777] nullo modo negabis.

Naturam τῆς ἀπαθείας Seneca secutus Panaetium qui definire studuerat, ut magis immunitatem a dolore eam esse diceret quam privatam sensibus corporis conditionem, ita huius ex ratione interpretatus est ut educere se sapientem ex hominum numero aut dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submovere negaret.[778] Paullo alia est eademque religiosior quaedam, cum non solum fugatos affectus teneat, verum etiam curam gerat meliorem reddendi se ipsum, ἡ ἀπαθεία Antonini. Huius enim philosophi id in animo est ut respuat perturbationes animi alicunde aut contagiones et ut ferri huius modi animo libero ad deos moneat. Namque si quis in se redierit, omni ex parte liberum esse et ad deum accedere vel potius eodem gaudere praesente, ab ullo confutari posse minime curat. Est autem haec ἡ Plotiniana παρουσία absque eodem ipso Antonino ad Novorum Platonicorum qui dicuntur, doctrinam transitus. Ad similia mutatis rebus etiam Seneca propensus fuerat, cum Sotione auctore Pythagoram imitatus animalibus puer aliquamdiu abstineret.[779]

Ad actiones de quibus Panaetius primus[780] egerat, pergamus. Etiam Cicero quidem honesti vocabulo usus erat, verum potius quo assentiretur Romanorum gloriae. Quod absente arte ac ratione saltem non efficere non potuit, ut Ciceronis philosophandi levitas male verteretur. Seneca qui Stoicorum notioni τοῦ καλοῦ suam notionem honesti ab omni parte accommodavit, ipse suorum Graece loquentium vestigia non minus quam Antoninus, secutus est.

Et id convenit inter Stoicos veteres et utrumque philosophum quod

776 l. l. 92.

777 Diog. L. VII 86 'ἐπιγέννημα γάρ φασιν, εἰ ἄρα ἐστίν, ἡδονὴν εἶναι, ὅταν αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα τὰ ἐναρμόζοντα τῇ συστάσει ἀπολάβῃ'.

778 Senec. ep. 71 m.

779 Ep. 108, 17—22.

780 Senec. ep. 94.

attinet ad definiendum honeste actum sive *κατόρθωσιν* Antoninianam[781] idemque bene actum sive *καθῆκον*[782] nec minus illud quod ad definiendum contrarie oppositum peccatum sive *ἁμάρτημα*[783] aut quod ad distribuenda bene acta sive *καθήκοντα.*[784] Qua in re hoc nimirum monebis quae singula ad vitam pertinent, aliquid et id quidem feliciter internosci eisdemque propter propositam ab utroque rationem quae homines inter et deum intercedit, subesse quandam proprietatem quae cernitur etiam in versibus illis Cleanthis ab Epicteto[785] conservatis et a Cicerone Latine versis quos quidem facilis coniectura est domesticae cuiusdam apud Stoicos precationis instar haberi. Licet nihil sapientem respicere dixerit, quid homines turpe iudicent aut miserum nec ire qua populus, sed ut sidera contrarium mundo iter intendant, ita hunc adversus opinionem omnium vadere,[786] ad illud tamen incuriae Seneca progressus vel prolapsus est, ut veteres imitatus sapienti suo permitti, modo ne illa is voluptatis vel libidinis caussa aut lucri alicuius faceret, vellet omnia eaque etiam quae hominum excultorum atque expolitorum natura perhorrescit atque abominatur.[787] — Antonini vero ne in similia quidem delapsi genus scribendi magis quam illud illustre compertum habemus.

Quae igitur cum ita sint quibus omnibus per quatuor commentationis huius abhinc partes expositis, cum iam in eo simus ut absolutam disputationem ac compertam habeamus, quid etiam restare censemus nisi quod omnibus comprehensis comparatam utramque disciplinam concedi-

781 cfr. Plut. Stoicc. respp. 11 ‘*τὸ κατόρθωμά φασι νόμου πρόςταγμα εἶναι*’. — Stob. ecll. II p. 158 ‘*κατορθώματα εἶναι τὰ κατ’ ἀρετὴν ἐνεργήματα οἷον τὸ φρονεῖν, τὸ δικαιοπραγεῖν*’. — id. ibid. p. 184 ‘*κατόρθωμα δ’ εἶναι λέγουσι καθῆκον πάντας ἐπέχον τοὺς ἀριθμούς*’.

782 Stob. ecll. II p. 158 ‘*ὁρίζονται δὲ τὸ καθῆκον τὸ ἀκόλουθον ἐν ζωῇ ὃ πραχθὲν εὔλογον ἀπολογίαν ἔχει*’.

783 Plut. Stoicc. respp. 11 ‘*τὸ δ’ ἁμάρτημα νόμου ἀπαγόρευμα*’.

784 Diog. L. VII 109 ‘*ἔτι τῶν καθηκόντων τὰ μὲν ἀεὶ καθήκει, τὰ δὲ οὐκ ἀεί· καὶ ἀεὶ μὲν καθήκει τὸ κατ’ ἀρετὴν ζῆν, οὐκ ἀεὶ δὲ τὸ ἐρωτᾶν τὸ ἀποκρίνεσθαι καὶ περιπατεῖν καὶ τὰ ὅμοια*’. — Stob. ecll II p. 158 ‘*οὐκ εἶναι δὲ κατορθώματα τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα ἃ δὴ οὐδὲ τέλεια καθήκοντα προςαγορεύουσιν, ἀλλὰ μέσα, οἷον τὸ γαμεῖν κτλ*’.

785 Epict. Man. c. 53, 1

Ἄγου δέ μ’, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ’ ἡ Πεπρωμένη,
ὅποι ποθ’ ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος.
ὡς ἕψομαί γ’ ἄοκνος· ἢν δέ γε μὴ θέλω,
κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

786 Senec. dCSap. 14 extr.

787 cfr. Diog. VII 129. Sext. Pyrrhrh. hypp. III 201 (ed. Bekk.); id. adv. ethth. 192 (!).

mus in universum veterum vestigia persequi neque ita sine utilitate id a nobis institutum fuisse ut hac oratione etiam magis continua utamur. Etenim id egisse nos ut, numne uterque plus minusve concinat cum Stoicis, quaeramus, non minus iuvabit quam exponere potuisse ubi res postulavisset ampliorem amplioris discriminis expositionem, si ab illorum philosophandi via ac ratione magis etiam descivisset ac declinavisset. Habes nostrum de utraque disciplina morali iudicium, sic enim Ciceronem imitati loqui non dubitamus, quod aut sequere si probaveris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. In quo neque pugnabimus tecum neque hoc nostrum de quo tanto opere hoc libro asseveravimus, unquam affirmabimus esse verius quam tuum. Potest enim non solum aliud nobis ac tibi, sed nobismet ipsis aliud alias videri. Velimus si tibi ea quae disputata sunt, minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit, aut scribendi nos impudentiam suscepisse.



Typis Hermanni Neubuergeri Dessaviensis.

Emendaverint velimus cum alia tum haec:

,censuerat' p. 2. l. 15 surs. in ,**nuper (c. 1800) censuit**'.
,pa-roemiarum' p. 3. l. 16 surs. in ,**par**-oemiarum'.
,flagaverit' p. 31. l. 14 deors. in ,flag**r**averit'.
,quod ad' p. 38. l. 16 deors. in ,**quoad**'.
,appellationibus' p. 39. no. 281. in ,appellatio**nes**'.
,quod' l. l. in ,quo**t**'.
,quidam' p. 49. lin. 7 deors. in ,quid**em**'.
,επὶ' p. 51. l. 17 surs. in ,ἐπὶ'.
,διϊσταμενος' p. l. lin. 14. s. in ,διϊστάμενος'.
,nea' p. 70. lin. 20 d. in ,ne**c**'.
,ἠμελῆθην' p. 80. no. 592. in ,ἠμελήθην'.

